Superſum es——ſuꝑſui  ſobre eſtar o ſobrar

Poſſum——es——potui  poder

¶ Notanda ſunt quædam circa compoſita iſtius verbi Sum es fui. Aſſum
¶ Aſſum non ſignificat præſens ſum: vt quidam putant: ſed prope ſum. quod aperte declarat Cicero in primo libro offitioꝝ his verbis. inter hominem & beluam hoc maxime intereſt: ꝙ hec tantũ: q̃tum ſenſu mouetur ad id ſolum quod adeſt quodq; præſens eſt ſe accommodat. quod adeſt inquit. i. quod prope eſt. Alioquin nõ addidiſſet quodq; præſens eſt. Virgili⁹ quoq; in primo æneidos. Coram quem quæritis aſſum Troius æneas. Addidit coram quod non feciſſet ſi aſſum pn̄s ſum ſignificaret. ꝓprie ergo aſſum ꝓpe ſum ſignificat: & nõ pn̄s ſum. ad. n. ꝓpe ſignificat

Abſum
intersſum
Obſum
Præſum

¶ Abſum longe ſum.ab.n.præpoſitio lõge ſignificat ¶ Interſum.pñs ſum ſignificat:& quaſi in re ſum: cõponitur:n.ex in & re & Sum. ¶ Obſum obes.nocere & contrarium eſſe ſignificat ¶ Præſum proprie ſignificat vel ante alios ſum. vt homo cæteris animãtibus præeſt.i.ſuperat antecedit vel præfectꝰ eſt. Eiꝰ tamen participium præſens non ſignificat eum qui præfectꝰ eſt:ſed eum qui in cõſpectu noſtro eſt. Inſunt iſta duo aduerbia impræſentia & impræſentiaꝝ:que ſignificãt in præſenti tempore.

Inſum

¶ Inſum proprie ſignificat in aliqua re ſum.vt ineſt mihi diſcendi cupiditas.i.in me eſt diſcendi cupiditas

Subſum

¶ Subſum proprie ſignificat infra ſum.vt ſubſunt tecto trabes.i.infra tectum ſunt trabes.

Supſum

¶ Superſum interdum ſignificat abundo.vt superſunt mihi peccuniæ.i.abundant. interdum ſignificat reſtat vel reliquũ eſt: vt ſupereſt ꝙ crebro ad me ſcribas.i.reſtat vel reliquum eſt. Nonnunq̃ ſignificat ſupero vel ſuperior ſum: vt ſuperſum labori.i.ſupero laborem vel vinco laborem. Aliquando ſignificat ſuperfluũ eſt:vt hoc ſupereſt.i.ſuperfluum ẽ.

Poſſum
Poteſſum

¶ Poſſum ſecũdum aliquos componitur a porro.hoc eſt valde: & ſum.i.valde ſum. Secundũ alios a potis.& Sum es fui:& cõmuniter conſtruitur cum infinitiuo. Ab hoc fit aliud verbum Poteſſum. Terentiꝰ. At pol ego amatores audieram mulierum eſſe maximos:ſed nihil poteſſe.

Compos mẽtis
Cõpos ratiois
Voti compos
Voti impos

¶ Compos mentis eſt qui habet mentem. Compos rationis eſt qui habet rationem. ¶ Voti compos eſt qui habet quicquid vult. Voti impos eſt qui nõ poteſt facere quod vult.

¶ Omnia compoſita huius verbi Sum es fui:habent compoſitionem integrã:præter tria.ſ. Aſſum Proſum & Poſſum. Nam vbi Sum es fui incipit per.S.vel per

f.habet compoſſitionem corruptam : quía.d.mutatur
in.s.vel ín.f.& geminatur.s.vel.f.vt aſſum affui.In a/
líis integram habet compoſitionem ❡ Proſum qño
Sum es fuí incipit p.e.recípit.d.ínter pro &.e. eupho
niæ cauſa:vt proderam:prodero. in alíis íntegram ha
bet compoſitionem ❡ Poſſum vbiq; habet compoſí/
tionem corruptam quomodocunq; componatur.
❡ Omnia alía compoſita hui⁹ verbi Sum es fuí habēt
compoſítionem integram Et omnia carēt participiis
præſentís temporis præter abſum:quod habet abſens
Præſum:præſens.Poſſum/potens.Sed omnía habent
partícípía futuri temporís termínata in rus.
❡ Nota inueníuntur etiam hæc compoſita/perſum Perſum
.ſ.valde ſum.& exſum.i.extra ſum. ❡ Hæc de compo Exſum
ſitis íſtius verbí Sum es fui:de quíbus multa alia bre/
uitatis cauſa relínquo.

❡ Sequítur de formís verborum.

❡ Formæ verborum ſunt ſeptem:Frequentatíua/ In
cohatiua/medítatiua/deſideratíua/díminutíua/imi/
tatiua/apparítíua.
❡ Verbū frequētatiuum eſt quod terminatur ín/to/ Verbum fre
vel in/ſo/vel/xo/ & ſígníficat actum ſuí prímítiui cū quētatiuum
frequentatíone:vt lectito.í..frequenter lego. ❡ Excí/
piuntur ſcíſcitor/& ſcítor/minitor/amplexor/& ſec/
tor quæ termínantur ín or/ & ſi qua alía reperiantur.
de cuius formatíone ponuntur tres regulæ ❡ Príma
regula. Quando prímítiuum facit præteritum ín/gi/
formatur frequentatiuum a ſecunda perſona pñtís ín
dícatiui modí.s.remota: addita.to. vt lego.is.legito.
fugio.ís.fugito.ago.ís.agíto.cogo.is.cogito. ❡ Alí/
quādo tamen licet faciat præterítum in/gi/formatur
ab vltimo ſupío mutata/u/in/o/vt a lego.is.lecto.as.
❡ Secunda regula eſt Quādo prímitíuum non facit

præteritũ in.gi.neq; habet.a.in vltima ſyllaba ſupini: formatur frequẽtatiuũ ab vltimo ſupino mutata u.in o.vt a curro.is.curſo.as.a mergo.is merſo.as.a ſcribo .is.ſcripto.as.a dormio.is.dormito.as. ¶ Excipitur

Quærito Queſito

quæro quæris quod format quærito quæritas: credo vt differat a quæſito.as.quod deriuaẽ a quæſo. noſco noſcis quoq; noſcito.as.facit:& etiã noto.as. ¶ Tertia regula eſt Quando primitiuũ non facit ptm̃ in gi & habet.a.in vltima ſyllaba ſupini: formatur frequentatiuũ ab vltimo ſupino mutata.a.in.i.&.u.in.o.vt ab impero.as.imperito.imperitas. a rogo rogas. rogito .as.a volo.as.volito.as. ¶ Excipiuntur verba habentia duas ſyllabas in ſupino:quæ ſolum mutant.u.in o vt a no nas:nato.as:a facio facis:facto.as. ¶ Frequentatiua cõmuniter deſcendũt a verbis actiuis & neutris & ſunt primæ cõiugationis:& eiuſdem generis & cõſtructionis cum ſuis primitiuis ¶ Excipiuntur ſciſcitor & ſcitor: quæ neq; genus ſeruant:neq; ſignificationem ſuorũ primitiuorum ¶ Scitor.aris.n.deſcendit a ſcio ſcis:& formaẽ ab vltimo ſupino mutata.u.in.or. vt ſcitor ſcitaris ¶ Sciſcitor.aris.deſcendit a ſciſco.is & formaẽ a ſecũda perſona pñtis indicatiui.s.remota addita tor:vt ſciſcitor.aris. ¶ Sciſcitor & ſcitor ſunt deponentia:& ſignificant interrogare. Sua primitiua ſcio.& ſciſco.ſunt actiua:& quid ſignificãt notum eſt.

Quare dicitẽ frequẽtatiuũ

¶ Quare dicitur verbum frequentatiuum? Quia per illud aliquid fieri ſignificatur. ¶ Ab vno frequentatiuo poteſt deſcendere aliud? Reſpõdetur ꝙ ſic aliqñ: & ornate quidem:vt a facto.as.factito.as. a ducto.as. ductito.as.a curſo.as.curſito.as:a dicto.as.dictito.as a ſcripto.as.ſcriptito.as. ¶ Aliqñ a verbo(quod nõ habet in vſu ſupinum)deſcendit frequẽtatiuum.licet raro:vt ab egreo.es.egroto.as.a lateo.es.latito.as.

¶ Aliq̃ño frequentatiua ponuntur in ſignificatione ſuorum primitiuorum tantũ:vt lectito.i.lego. Hæc de frequentatiuis.

¶ Sequitur de incohatiuis

¶ Verbum incohatiuum eſt quod terminatur in.co. Verbum incohatiuum
& ſignificat actum ſui primitiui cũ incæptione:vt caleſco incipio calere.frigeſco.incipio frigere Et formatur a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi addita.co.vt caleo caleſco:frigeo frigeſco. ¶ Præter hio Hio.as
.as.quod facit hiſco:& ei⁹ cõpoſitum dehiſco: ac etiã Dehiſco
fatiſco:quod eſt abundanter aperire Virgili⁹.Rimiſq̧ Fatiſco
fatiſcunt.i.abundanter aperiuntur.Componitur.n.fatiſco ex hac dictione fatim:quod ſignificat abundãter & hoc verbo hiſco:docente Seruio ¶ Vetuſtiſſimi tamen fatiſcor.eris.feſſus ſum vel fui dicebant. Ex quo Fatiſcor
defetiſcor defeſſus ſum apud recẽtiores ẽ in vſu.quod Defetiſcor
quidam a fateor eſſe deriuatum volunt:vt inquit Priſtianus. ¶ Omnia ſunt tertiæ coniugationis:eiuſdem generis & cõſtructionis cum ſuis primitiuis. ¶ Excipitur integraſco:quod ẽ neutrum paſſiuum:quum ei⁹ primitiuum integro ſit actiuum. ¶ Et carent præteritis & ſupinis. ¶ Aliquando tamen mutuantur a ſuis primitiuis: qua in re approbato vſui eſt parendum.

¶ Hic eſt notandũ Laurẽtius vallenſis dicit:hæc verba falſo dicuntur incohatiua:dicit.n.ꝙ non ſignificãt incohationem : ſed magis illud.quod verba cõpoſita per fio.vt caleſco.i.calefio:& non incipio calere.& frigeſco.i.frigefio:& nõ incipio frigere.hoc in elegantiis longuo proceſſu ac ſermone diſputat.tamẽ Priſtian⁹ & omnes fere grammatici affirmare videntur incohatiua incohationẽ ſignificare:excepto Laurẽtio vallẽſi

¶ Eſt præterea notandũ:multa ſunt incohatiua quæ

pro ſuis primitiuis accipiuntur. vt cõticeſco .i. cõticeo
cõcupiſco .i. cõcupio. deliteſco .i. deliteo. & huiuſmo-
di. Hæc de incohatiuis.

¶ Sequitur de meditatiuis.

Verbum meditatiuum

¶ Verbum meditatiuum eſt quod terminatur in rio: & ſignificat actum ſui primitiui cũ meditatione .i. cogitatione. vt parturio .i. cogito parere.

¶ Verba meditatiua formantur ab vltimo ſupino addita -rio- vt pario. is. partũ partu-parturio. a ceno. as. cenaturio. a mingo. is. micturio. & deſcendunt cõmuniter a verbis actiuis & neutris: & ſunt quartæ cõiugationis: eiuſdem generis & conſtructionis cum ſuis primitiuis ¶ Vtplurimum tamen incohatiua & meditatiua ſunt neutra: & carẽt præteritis & ſupinis. Præter eſurio eſuriui parturio parturiui. ¶ Hic eſt notãdum meditatiua dicit Laurentius vallenſis rectius debent vocari deſideratiua atq; optatiua Dicit. n. parturio nõ ſignificat cogito parere: ſed cupio parere. & eſurio nõ ſignificat cogito edere: ſed cupio edere. vt in elegãtiis probare nititur. ¶ Aliquando meditatiua accipiũtur pro ſuis primitiuis. vt cenaturio .i. ceno. eſurio .i. affitior fame ¶ Hæc de meditatiuis

¶ Sequitur de deſideratiuis

Varbum deſideratiuũ

¶ Verbum deſideratiuũ eſt quod terminatur in. ſo. & ſignificat actum ſui primitiui cum deſiderio: vt capeſſo .i. cupio capere ¶ Verba deſideratiua cõmuniter deſcendũt a verbis actiuis & neutris: & formantur a ſecũda pſona pñtis indicatiui addita. ſo. vt arceo. arceſſo. Excipit capio: quod facit capeſſo. facio faceſſo. video viſo. accio accerſo. artio arcerſo accedo acceſſo. Iacero Iaceſſo. Oia ſunt tertiæ cõiugatiõis eiuſdẽ generis & cõſtructionis cũ ſuis primitiuis. ¶ Inuenitur accerſio. is. quartæ cõiugationis: & deriuat ab accerſo. is

¶ Hic eſt ſciendum, dicit Laurentius vallenſis: Male ſunt vocata deſideratiua: non. n. inquit affectum mentis ſignificant. i. deſiderium: ſed actum corporis. Dicit. n. viſo nõ ſignificat deſidero videre: ſed eo ad vidẽdũ Et faceſſo eo ad faciendum. & acceſſo eo ad acciendũ hoc eſt ad vocandum. vt Terentius in Andria. Obſtetricem acceſſo. i. eo ad vocãdum. Hæc Laurentius de ſignificatione hoꝝ verborũ optime ſentit. Sed tritior vſus grammaticoꝝ ſecutus eſt Priſtianũ. tu in loco ea expoſitione vtere quæ ſentenciæ magis cõgruat. Hæc deſideratiua tamen vſurpamus pro eorum primitiuis quẽmadmodum de ſuperioribus teſtatus ſum. Virgilius. Mihi iuſſa capeſcere fas eſt. ¶ Hæc de deſideratiuis.

Viſo
Faceſſo
Acceſſo

¶ Sequitur de diminutiuis.

Verbum diminutiuum

¶ Verbum diminutiuum eſt quod terminatur in lo: & ſignificat actum ſui primitiui cum diminutione. vt ſorbillo. i. parum & paulatim ſorbeo. & deriuat a verbis actiuis & neutris. ¶ Si primitiuum fuerit primæ coniugationis formatur a ſecunda perſona præſentis indicatiui modi mutata, as, in, illo. vt amo as amillo. ¶ Si ſecũdæ mutata es in, illo vt ſorbeo. es. ſorbillo. ¶ Si tertiæ vel quartæ mutata. is. in illo. vt legillo. audillo. ¶ Excipitur garrio: quod facit garrullo. & caluo caluis cauillo pro caluillo. ¶ Omnia ſunt primæ coniugationis: & eiuſdem generis & cõſtructionis cũ ſuis primitiuis.

¶ Sequitur de verbis imitatiuis.

Verbum imitatiuum

¶ Verbum imitatiuũ eſt quod terminatur in ſſo, vel in, or, cũ imitatione. vt patriſſo. i. patrem imitor. greciſſo. i. grecos imitor. & pergrecor. quod eſt epulis &

potationibus inſeruio (quod eſt grecorum proprium) .i. quaſi grecos in epulis & potationibus imitor.

¶ Verbum imitatiuum deriuatur a nomine vel a verbo: ſed frequētiꝰ a nomine q̄ a verbo. ¶ Si deriuatur a nomine: deriuatur a nominibus primæ. ſecundæ vel tertiæ declinationis tantum. ¶ Quando deriuatur a nomine primæ declinatiōis: formatur ab ablatio ſingulari mutata. a. in or. vt poeta ablatio poeta. a. in or. poetor. ¶ Quando deriuatur a nomine ſecundæ declinationis: formatur a gtio ſingulari addita. s. & ſo. vt petrus gtio petri: addita. s. & ſo. petriſſo as. grecus gtio greci: addita. s. & ſo. greciſſo. as. ¶ Aliquando formatur ab ablatiuo ſingulari mutata o. in or. vt grecꝰ ablatiuo greco. o in or. grecor. aris. philoſofus ablatio philoſofo. o. in or. philoſofor. aris. ¶ Quando deriuatur a nomine tertiæ declinationis: formatur a gtio ſingulari addita. ſo. vt pater gtio patris addita. ſo. patriſſo. as. mater gtio matris addita. ſo. matriſſo. as. ¶ Aliquando tale verbum ſolet ſcribi. cum. z. vt patrizo. nerōnizo. ſed loco illius ponimus duplex. ſſ. vt patriſſo.

¶ Verba imitatiua ſunt primæ cōiugatiōis: & eiuſdē generis & cōſtructionis cum ſuis primitiuis: quando deriuātur a verbo. ¶ Sed qn̄o deriuātur a nomine ſi terminentur in. o. ſunt neutra abſoluta. Si in. or. deponentia abſoluta. ¶ Hac de verbis imitatiuis.

¶ Sequitur de verbis apparitiuis.

Verbū apparitiuum

¶ Verbum apparitiuum eſt quod terminatur in. co. & ſignificat actum ſui primitiui cum apparitione. vt albico appareo albere. ¶ Verba apparitiua deſcendunt a verbis actiuis: & neutris. ¶ Si primitiuum eſt primæ cōiugationis: formatur a ſecunda perſona præſentis indicatiui: mutata. as. in. i. addita co. vt albo. as.

albico.as. ¶ Si ſecunde coniugationis: mutat a es. in
-i- addita co. vt ſorbeo.es.ſorbico.as. ¶ Si tertiæ vel
quartæ a ſecunda perſona præſentis indicatiui muta-
ta.s.in co. vt lego.is.legico.nutrio.is.nutrico. ¶ Om
nia ſunt primæ coniugationis: eiuſdem generis & cō
ſtructionis cū ſuis primitiuis. Sicut.n.dicimus nutrio
te: ſic dicimus nutrico te. ¶ Hæc de formis verboꝝ.
¶ Hic eſt notandum: non eſt vtendum omnibus his
verbis de quibus regulas tradidimus: ſed ſolum illis
quibus autores vſi inueniūtur. Scire tamen artem nō
eſt inutile.

¶ Sequitur de imperſonalibus.

¶ Verbum ē duplex: perſonale & imperſonale. quid
ſit verbum perſonale: ſuperi⁹ dictum. ¶ Verbum im
perſonale eſt quod caret numeris & perſonis certis &
determinatis. ¶ Verbum imperſonale ē duplex: acti
uæ vocis: & paſſiuæ vocis. ¶ Verbum imperſonale
paſſiuæ vocis eſt quod deſinit in tur. & deſcendit a ver
bis actiuis & neutris actioēm ſignificātib⁹: vultqꝫ abla
tiuū pſonæ agētis -a- vel ab- præūte. vel dtm̄ loco abla
tiui: & poſt ſe caſum ſui verbi a quo deducitur. vt a bo
nis viris ſeruitur deo ¶ Excipitur præteritū pfectum
& tpa ab illo formata quæ nō deſinunt in tur: fiunt.n.
ex primo ſupino & ex hoc verbo Sum es fui. vt amatū
eſt vel amatū fuit: vt clarum eſt intuēti ¶ Infinitiuus
quoqꝫ vt liquet haudquaq̄ terminaē in -tur- vt iri. ſtari
& huiuſmodi. ¶ Hic eſt notandum q̄no imperſonale
paſſiuæ vocis venit a verbis actiuis: & neutris trāſiti-
uis: in frequēti grāmaticoꝝ vſu nequaq̄ recipit actm̄:
docēte Priſtiano: & illud ſacri codicis Matheū legitur
Mathe⁹ legitur dixiſſet Orator Sepeetiā & a fronte &
a tergo ſine caſu expræſſo cōſtruitur: vt itur ſtaē: fertur
bellatur armis. Et in bucolicis Vſqꝫ adeo turbaē agris

Verbum imper ſonale paſſiuæ vocis

¶ Quod autem nõnulli dicunt: ꝙ impersonale paſſiue vocis deſcendit fere tantum a verbis neutris abſolutis: pace eorum dicam: non eſt tenẽdum. quum paſſim contrarium apud maximos autores inueniatur.

¶ Hæc de impersonalibus paſſiuæ vocis hactenus.

verbũ impſonale actiue vocis

¶ Verbum impersonale actiuæ vocis ẽ quod deſinit in t. Cuius multæ ſunt ſpeties: de quib⁹ per ordinem eſt tractandum.

Intereſt Refert Eſt

¶ Iſta tria verba Intereſt Refert & Eſt pro pertinet & impersonaliter ſumpta volunt gtm̃ perſonæ agentis: & poſt ſe infinitiuum: aut aliquam orationem ſequentem, vt diſcipuli intereſt obedire magiſtro. ¶ Exceptis iſtis quinqꝫ gtis, mei, tui, ſui, noſtri, & veſtri, trium pronominum primitiuorum .ſ. ego, tu, ſui, loco quorũ ponim⁹, mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra, quinqꝫ pronominum poſſeſſiuorum .ſ. me⁹, tu⁹, ſu⁹, noſter, & veſter in ablatiuo ſingulari: & in femineo genere differentiæ cauſa: hoc eſt: vt vitetur ambigui ſermonis diſcrimen Recte. n. prouiderũt grammatici: vt quando eſſet vulgare poſſeſſiui, totum poneretur in gtio. Quando vero eſſet vulgare primitiui: ponerentur ſupradicti ablatiui poſſeſſiui. hoc. n. pacto tollit ambiguitas de orationis ſenſu. Scit. n. grammaticus: qñ dicitur mei præceptoris intereſt legere: ꝙ iſte gtũs mei, venit ab hoc pronomine meus mea meum: & nõ ab hoc pronomine ego: & ꝙ facit hunc ſenſum: mei præceptoris intereſt. i. ad meum præceptorem attinet. Scit etiã ꝙ qñ ponuntur iſti ablatiui, mea, tua, ſua, noſtra, & veſtra, ponuntur loco iſtorum genitiuorum. mei. tui. ſui. noſtri. & veſtri. qui veniunt ab iſtis tribus pronominibus primitiuis. ego. tu. ſui. Scit itaqꝫ quãdo dicitur mea intereſt legere: eſſe ſenſum: ad me attinet legere. & mea præ-

ceptoris intereſt legere.i.ad me præceptorem attinet legere.& propterea poſſumus vti iſtis genitiuis ſingularibus.mis.tis.& ſis.quos ab iſtis tribus pronominibus ego.tu.ſui.venire & quid ſibi velit ambigit nemo tamen iam non ſunt in vſu. Poſſum⁹ etiã vti iſtis duobus genitiuis pluralibus.noſtrum & veſtrum. quorũ alter ab hoc pronomine ego alter ab hoc pronomine tu venit: poſſumus.n.dicere:noſtrum intereſt legere: veſtrum intereſt audire. vbi nullum ẽ ambigui ſermonis periculum. ¶ Quæri ſolet:& non ſine ratione:iſti ablatiui mea.tua.ſua.noſtra.& veſtra.vbi habent ſubſtantiuum? Dicitur ꝙ habent ſubſtantiuum in hoc nomine res quod ſubintelligitur. vt mea intereſt.i.in re mea eſt.& ita de aliis. Et mea refert .i.res mea fert. Et ratio hui⁹ eſt qm̃ intereſt componitur ex in & re & eſt vt intereſt.i.in re eſt.Et refert cõponitur ex res & fert. vt mea refert.i.res mea fert. ¶ Si quæratur vlterius: quare ponũtur in numero ſingulari? Dicitur quia ſuũ ſubſtantiuũ eſt numeri ſingularis:quod eſt res:vt dixi ¶ Vlterius: quare in ablatiuo magis q̃ in alio caſu? Dicitur:quia ſuum ſubſtãtiuũ eſt ablatiui caſus:quod includitur in hoc verbo intereſt. ¶ Scias velim: hoc verbum eſt:pro pertinet: & imperſonaliter ſumptum poteſt cõſtrui cum genitiuo: ſicut intereſt:refert: vt late patet in autoribus.tamen cum ablatiuis poſſeſſiuorum vt ſciam non inuenitur.non.n.eſt dicendum (vt reor) mea eſt legere:ſed potius meũ eſt legere. ¶ Hic eſt notandum:hæc duo verba intereſt refert:pro pertinet & perſonaliter ſumpta: poſſunt regere ntm̃ perſonæ agentis:& gtm̃ perſonæ patientis. vt boni libri interſunt boni præceptoris. ¶ Excipiũtur mei.tui.ſui. noſtri & veſtri.pronominum primitiuoꝝ: loco quoꝝ ponuntur mea tua ſua noſtra & veſtra: pronominum

poſſeſſiuoꝝ differentiæ cauſa: quemmadmodum qño impersonalia ſunt: vt ſermo tuus intereſt mea. ¶ Hic eſt notandum hoc verbum Refert ponitur etiam pro differt: vt multum refert doctum an indoctũ præceptorem audias. i. multum differt & magna differentia eſt. ¶ Inuenimus quoqꝫ parui refert. i. parui ponderis & momenti eſt. magni refert. i. magni ponderis & momẽti eſt. & parui intereſt & magni intereſt eodem modo. ¶ Circa hoc verbum intereſt eſt diligenter notandum ꝙ aliqño ſignificat præſentiam: vt ſuperius diximus. vt tu interfuiſti nuptiis meis. i. præſens fuiſti.

Refert

Intereſt

¶ Aliquando ſignificat diſtãtiam: & tunc proprie diſtantia reddit ſuppoſitum verbo: & quod diſtat ponitur in actio cum ad. & id a quo eſt diſtãtia ponitur in ablatiuo cum a vel ab. vt ab vrbe Valentia ad vrbem Pampilonã interſunt centum leucæ. hoc eſt vrbs Pãpilona ab vrbe Valentia diſtat per centum leucas.

¶ Aliqui id quod diſtat ponunt in nominatiuo: & id a quo diſtat in ablatiuo cum a vel ab & diſtantiam in ablatiuo ſine præpoſitione: vel in accuſatiuo cum præpoſitione per. vt vrbs Ceſaraguſta ab vrbe valentia intereſt quinquaginta leucis: aut per quinquagita leucas. Et licet vtrũqꝫ poſſit dici: tamen primus dicendi modus eſt vſitatior atqꝫ ornatior. ¶ Aliquando ſignificat differẽtiam: & tunc fere requirit nominatiuũ cum re agẽte: & duos accuſatiuos cum præpoſitione inter. vt multum intereſt inter doctos & indoctos.

¶ Aliquãdo ablatiuum cum præpoſitione a vel ab expreſſe vel ſubintellecte. vt prudens intereſt a ſtulto. i. differt. Terentius. Stulto intelligens quid intereſt. i. a ſtulto intelligens quid differt. ¶ Animaduertendum eſt ꝙ intereſt & refert ꝓprie ſignificant vtile eſſe Et frequentius in hac ſignificatione reperiuntur: ꝙ̃ in

in hac ſignificatione quæ eſt pertinere vel ſpectare. potius. n. dicimus: meum eſt, tuum eſt, ſuum eſt, illi⁹ eſt, noſtrum eſt, veſtrum eſt, quando volumus ſignificare ad me ſpectat vel attinet & ſic de aliis. q̄ ſi dicam⁹ mea intereſt: tua intereſt: & huiuſmodi Tamen quia vtrūq; inuenitur: parendū eſt approbato vſui. ¶ Operepræ-tium eſt ſcire: hæc vulgaria quæ ſequūtur: quomodo latine dicantur: in quibus pueri magnopere errāt atq; ceſpitant. ¶ Quomodo dicetur latine, quem fa ami-o quemiua am: ſic dices, quid mea. & tūc ſubauditur intereſt. & eſt ſenſus: quid ad rem meā ptinet: & quod intereſſe meum eſt; quo loquendi modo iuriſconſul-ti vtuntur. ſ. intereſſe meum: intereſſe tuum & reliqua vel ſic: quid ad me; & tunc ſubauditur attinet vel ſpec-tat. Et ad alias perſonas vtriuſq; numeri ſimiliter de-ducito. ¶ Neq; te lateat quando ponuutur iſti abla-tiui, mea, tua, ſua, noſtra, &, veſtra, ſi quid aliud acce-dat idest addatur debere poni in genitiuo. vt mea præ-ceptoris intereſt diligenter docere diſcipulos.

¶ Sunt quædā verba impersonalia actiuæ vocis quæ volunt datiuum perſonæ patientis: & poſt ſe infiniti-uum aut aliquam orationem ſequentem: vt mihi pla-cet audire oratores: vacat mihi legere libros: expedit mihi dormire. Et ſunt iſta

| | | | |
|---|---|---|---|
| Accidit | bat | accidit | |
| Cōtingit | bat | contigit | eſdeuenit |
| Obtingit | bat | obtigit | |
| Euenit | bat | euenit | |

| | | | |
|---|---|---|---|
| Cōuenit | bat | conuenit | |
| Cōpetit | bat | competiuit | |
| Incūbit | bat | incubuit | conuenir |
| Cōgruit | bat | congruit | |
| Licet | bat | licuit | |
| Placet | bat | placuit | plaure |
| Libet | bat | libuit | |
| Diſplicet | bat | diſplicuit | deſplaure |
| Expedit | bat | expediuit | eſſer expediēt e |
| Cōducit | bat | conduxit | vtil |
| Liquet | bat | liquuit | |
| Patet | bat | patuit | eſſer manifeſt |
| Cōſtat | bat | conſtitit | |
| Vacat | bat | auit | tenir eſpay o cōmoditat |
| Sufficit | bat | ffecit | abaſtar |
| Præſtat | bat | præſtitit | eſſer millor |
| Reſtat | bat | reſtitit | Io reſtant es |

¶Hic eſt notādum: hæc verba & alia his ſimilia qño poſt ſe habent infinitiuum aut aliquam orationem ſequentem ſunt imperſonalia: vt dictum eſt. Quando vero poſt ſe non habent infinitiuum nec aliquam orationem ſequētem: ſunt perſonalia & neutra acqſitiua. vt grati viri deo: hominibuſq; placent.

Libet
Lubet

¶ Animaduerte: Libet per: i: & p: u: ſcribi poteſt: qm̄

ſepe vtroq; modo ſcribi poteſt:hoc ē Libet vel Lubet. ¶ Quomodo dicitur latine:manifeſt es que tu es home grat?ſic:Conſtat te virum gratū eſſe.vel ſic:liquet te virum gratum eſſe. ¶ Quomodo dicitur no tinch temps pera legir los libres?ſic: Nō vacat mihi legere libros.i.nō eſt mihi temporis ſpatium. ¶ Quomodo dicitur:millor es eſtudiar:que eſtar ocios?ſic: præſtat litteris incūbere:ꝗ otio vacare ¶ Quomodo dicitur Io reſtant es: que longuamēt e ꝓſperament vixques? ſic:reſtat vt diu ac fœliciter viuas.vel ſic:reliquum eſt vt diu ac fœliciter viuas Tu alia inſtar hoꝝ cōponito.

¶ Sunt quædā verba impſonalia actiuæ vocis : quæ volunt actm̄ perſonæ patiētis:& gtm̄ perſonæ agētis. vt penitet me meæ vitæ.pudet m̄ infamiæ.miſeret me inſontis viri. Et ſunt iſta

Penitet——bat——penituit penedir ſe

Tædet——bat——ptæſum eſt enuiar ſe
vel pertæſum fuit

Miſeret bat——miſertum eſt hauer merce
vel miſertum fuit

Pudet——bat——puduit tenir vergonya

Diſpudet bat——diſpuduit no tenir vergōya

Piget——bat——piguit tenir peſar

¶ Hic eſt notandum: Aliqua iſtorū verborum apud veteres reperiūtur pſonalia ¶ Tædet facit pertæſum

fuit:ſicut miſeret miſertum fuit. ¶ Repetitur tamen
tæduit pertæduit & diſtæduit. breuitatis cauſa præter
mitto autoritates quæ intuenti in promptu & ad ma-
Miſereſco nus ſunt. ¶ Miſereſcit reperitur hui⁹ ordinis. Teren-
tius. Atq; inopis te miſereſcat mei:& deriuatur a miſe
Miſeret. bat reſco.is. ¶ Inuenitur miſeretur miſerebatur imperſo
nale etiam huius ordinis. Turpilius Tunc inquit pa-
Penitet tris me miſeretur magis referente Nonio ¶ Nota pe
nitet pro parum videtur vſurpant oratores: & præſtã
tes doctrina viri. Virgilius in primo libro æneidos.
Offitio nec te certaſſe priorem peniteat.i.ne parum ti
bi videatur. Terentius. At dices enim:ne quãtum hic
operis ſit:peniteat.i.parum videatur.

Quædam ſunt imperſonalia actiuæ vocis quæ volunt actm̃ perſonæ patientis:& poſt ſe infinitiuum aut aliquam orationem ſequentem: vt iuuat me ſtudere. delectat me ſcribere: oportet virum bonum pauperibus benefacere. Et ſunt iſta

| | | | |
|---|---|---|---|
| Iuuat | bat | iuuit | delitar/o aiudar |
| Delectat | bat | auit | delitar ſe |
| Decet | bat | decuit | conuenir |
| Oportet | bat | oportuit | eſſer neceſſari |

¶ Hæc verba quando poſt ſe nõ habent infinitiuum: aut aliquam orationem ſequẽtem: ſunt perſonalia & actiua. vt tua conſuetudo me delectat

Hic eſt notandum: hoc verbum iuuo.as.qño eſt perſonale-ſignificat adiuuare:& delectare. Virgilus. Non omnes arbuſta iuuant: humileſq; myricæ ¶ Quando

vero eſt impersonale: cõmuniter ſignificat delectare. Virgilius Reuocate animos: mœſtumq; timoré mitti te: forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit ❡ Dæceo.es inuenitur perſonale & impersonale. ❡ Dæcet imper ſonale cũ datiuo conſtructũ reperit. Terenti⁹. Facite ita: vt vobis dæcet. ſed hoc raro vſu venit. ❡ Oportet ſemper eſt impersonale.

Deceo.es. Decet

❡ Hæc impersonalia, benefit, maleſit, ſatiſſit, volunt ablt̃m pſonæ agentis, a, vel, ab præũte: & poſt ſe dt̃m pſonæ patientis: vt a deo virtutem colentib⁹ benefit. ❡ Eoꝝ præterita ſunt circunlocuta. ſ. benefactum eſt malefactum eſt, ſatiſfactũ eſt. De quibus ſuperius iam dictum eſt.

Benefit Malefit Satiſfit

Quædam ſunt verba impersonalia actiuæ vocis: quæ a pleriſq; impersonalia per additionem vocãtur: quæ breuiter expediam

❡ Verbum impſonale per additionem eſt: quod per ſe eſt perſonale: ſed per additionem infinitiui verbi im perſonalis actiuæ vocis vel paſſiuæ vocis fit imperſo nale: & vult ante ſe & poſt caſum dictionis per quam factum eſt impersonale Et ſunt iſta

| | | | |
|---|---|---|---|
| Incipit | bat | incæpit | comencar |
| Deſinit | bat | deſiuit | ceſſar |
| Solet | bat | ſolit⁹ ſum vel fui | acoſtũar |
| Debet | bat | debuit | deure |
| Vult | bat | voluit | voler |
| Cõſueſcit | bat | caret ptõ | acoſtumar |

vt incipit me tedere vitiorum: non poteſt auarum pe-
nitere rapinæ. impudentem virum nō ſolet pigere fla
gitii: deſinit ſcorta honeſtatis pudere: vult ſapiētes vi
ros malorum vitiorum pigere. conſueuit indoctos ſa
pientum tedere ¶ Hoc verbum Eſt frequētiſſime cū
vltimo gerundio iungitur: & recipit ſepe datiuum:
vt moriendum eſt omnibus

Hæc verba quando iunguntur cum infinitiuis verbo
rum perſonalium: ſunt perſonalia. vt volo legere: tu
vis doceri: tu doles virtutibꝰ gaudere. ¶ Quādo iun
guntur cum infinitiuis verborū impersonalium: ſunt
impersonalia vt dictum eſt

¶ Sequitur de infinitiuis

¶ Infinitiuus eſt verbum quod ſignificat ꝑ ſe ſine cer
to numero: & ſine certa perſona: & requirit ad perfec
tionem ſuæ cōſtructionis verbum perſonale: & finiti
modi ¶ Infinitiuus verbi pſonalis ante ſe vult actm̄:
poſt ſe caſum ſui verbi a quo deducitur. vt cupio te in
ſeruire amicis. cupio te frui fœlicitate tua. ¶ Excipit
infinitiuus verbi copulatiui: qui a frōte & a tergo exi-
git actm̄. vt miror te eſſe indoctum. lætor te euadere
peritum. doleo te incedere ſuperbum. ¶ Hic eſt dili-
genter notandū quando infinitiuus verbi copulatiui
habet ſuppoſitum expræſſum: copulat actm̄. vt proxi
mis exemplis liquet ¶ Quando infinitiuus verbi co
pulatiui nō habet ſuppoſitum expræſſum: neq; eſt ali
quis caſus inter infinitiuum & verbum principale in-
terpoſitus: copulat caſum ſuppoſiti verbi principalis
vt ego volo eſſe doctꝰ. mihi placet eſſe docto ¶ Quā
do vero inter infinitiuum & verbum principale eſt ali
quis caſus interpoſitus: copulat caſum interpoſitum.
vt ſeruio tibi cupiēti eſſe docto. poſſet etiā dici doctū:

ſubintelligendo iſtum actm̄ te eſſe doctum. ſed meli⁹ & vſitatius dicitur docto ¶ Animaduertendum eſt: qn̄o infinitiu⁹ habet ante ſe caſum ſui verbi: nec alicui verbo adhæret: tūc ponitur pro præterito imperfecto indicatiui modi cuiuſcunq; pſonæ: & vtriuſq; numeri cuius rei exemplis omnes codices ſunt referti. vt Saluſtius. Milites romani perculſi timore inſolito arma capere pro capiebant. Virgilius. Vt mihi ſacra parari pro parabantur. ¶ Idem poſſumus dicere de imperſonalibus: vt nos tædere pro tædebat: nos pigere pro pigebat. & reliqua. ¶ Non eſt ignorandum qn̄o infinitiuus & verbum principale attribuuntur eidem perſonæ: nō oportet exprimere ſuppoſitū infinitiui: iam enim ſubintelligitur. vt cupio deum amare. Aliqn̄o exprimitur ornatus cauſa. vt volo me a te amari. Quando autem attribuuntur diuerſis perſonis oportet explicare ſuppoſitum infinitiui: vt gaudeo te incolumem aduениſſe. faciam Virgiliū legi. & huiuſmodi.

Nota pulchrā differentiam

¶ Infinitiuus verbi impſonalis ante ſe & poſt ſe vult caſum ſui verbi. vt volo a te ſeruiri deo. volo a me interdici tibi aqua & igni. doleo te non penitere vitioꝝ. gaudeo tibi ex ſentētia eueniſſe. lætor te iuuare virtuti incumbere.

Infinitiuus verbi imperſonalis

Hic eſt notādum ꝙ infinitiuus verborum imperſonalium paſſiuæ vocis ſemper debet exprimere ablt̄m. vt volo a me amari. volo a me ſeruiri. volo a me ſederi. volo a me ſtari. i. ego volo amare. ego volo ſeruire ego volo ſedere. ego volo ſtare. & huiuſmodi ¶ Semper enim imperſonalia paſſiuæ vocis intranſitiue exponūtur: ſiue ſint finiti modi: ſiue infiniti. de īfinitis modis exēplis ante actis patet: de finitis modis quoq; patere poteſt; vt a me ſtat. i. ego ſto. a me ſedetur: ego ſedeo

Infinitiuus verbi imperſonalis paſſiuæ vocis

a me ſeruitur: ego ſeruio. a me interdictum ē tibi aqua & igni: ego interdixi tibi aqua & igni Hæc de infinitiuis.

¶ Sequitur de gerundiis.

Gerundium

¶ Gerūdium eſt fere infinitiuus quadam habitudine addita ſumptus: vt patet ¶ Gerūdium ante ſe rōne regit caſum: poſt ſe vult caſum ſui vbi a quo deriuat. vt ſum hic cauſa legendi Virgilium. tempus eſt carendi voluptatibus. tempus eſt inſeruiendi amicis. legendo viros doctos: multo doctior euaſi. confero me ad legendum virgilium. Et huiuſmodi.

Quā ſignificatione habēt gerūdia

¶ Gerundia talem habēt ſignificationem qualem habent verba a quibus deſcendunt ¶ Quando deſcendunt a verbo quod ſignificat actionem: ſignificant actionem ¶ Quādo a verbo quod ſignificat paſſionem ſignificant paſſionem. ¶ Primum gerūdium eſt genitiui caſus ¶ Secundum gerundium eſt accuſatiui caſus: cui aliquando non additur præpoſitio. vt legēdo pficio ¶ Aliquādo additur. in. & frequenter quidem vt in diſputando pergdoctus efficior. ¶ Aliquando de. ex. vel. e. a. vel. ab. ſed rarius. vt de edēdo. de migrādo. de agendo. ex accuſando. a diſcendo. ab amando.

Tertium gerundiū

¶ Tertium gerūdium eſt accuſatiui caſus: cui frequēter additur ad & inter vt vado ad capiendum hoſtem. tu es velox ad audiēdum. tu es tardus ad loquēdum. inter ambulandum collocuti ſumus. i. in ambulando vel dum ambularemus: eſtq; ornatus ſermo.

¶ Aliquando additur ante ſed raro. vt Virgilius in tertio georgicorum de equis dicit. Ante domandum ingentes tollent animos. ¶ Primum gerundium interdum ſine gtīo plurali ſine vitio iungitur. Liuius.

Primum gerūdiū

Veſtri adhortãdi cauſa. Plaut⁹. Nominandi tibi iſtorũ Terentius. Creſcendi nouarum fabularum ❡ Hic eſt aduertendum gerundia ſubſtantiua tantummodo reperiũtur in g^tio. ac^tio. & abl^tio neutri generis. vt eſt mihi cura ſoluẽdi peccunias. veni ad ſoluendũ peccunias. delector ſoluendo peccunias.

❡ Quãdo venit tale vulgare per amar. per legir. per enſenyar & ſimile: triffariam poteſt componi: aut per primum gerũdium poſita iſta dictione gratia: vel cauſa in ablatiuo: aut per aliquod tempus optatiui vel cõiunctiui: pro vulgaris exigentia: cum iſta dictione. vt. aut mutato gerundio in participiũ terminatũ in. dus. Exemplum So vẽgut a Valentia per hoyr doctes homens: componitur: veni Valentiam gratia audiendi doctos viros. vel ſic: veni Valentiã vt audiam doctos viros. vel ſic: veni Valẽtiam gratia audiendorũ doctorum virorum.

Nota hæc vulgaria

❡ Gerundia a gero geris dicta ſunt: ob id ꝙ ſui verbi ſignificationem gerant. Idem. n. eſt gerundiuum: quo antiqui vtebantur: & gerundium quod factum eſt per ſyncopen: quare fruſtra eſt excogitata illa differentia: quam nõnulli ponunt inter gerũdium & gerundiuũ. Dicunt. n. gerundium ab eo dici ꝙ duo gerat: hoc eſt actiuam & paſſiuam ſignifitationem. & gerundiuum dici ob id ꝙ vnicã gerat ſignificationem: hoc ẽ actiuã tantum vel paſſiuam tantum. quod latini eloquii autoribus nequaꝗ̃ placet. Ego pace eorum dicerem: ꝙ gerundium eo dicitur: quia ſui verbi gerat ſignificationem: ſiue actiuam. ſiue paſſiuam: & non ꝙ duas gerat ſignificationes. nunꝗ̃. n. gerundium (ſi recte perſpiciatur) gerit niſi vnam tantum ſui verbi ſignificationẽ a quo deſcendit. ❡ Nota: primum gerundiũ a verbis actiuis veniens ſemper ſignificat paſſionem.

Vnde dicãtur gerundia

Nota optimā quæſtionem

¶ Sepe aliqui adoleſcentes maiorem in modum me torquere ſoliti ſunt: quæ pars ſunt gerundia? An ſint nomina: An verba: An participia? Qui nomina eſſe arbitrantur: his rationib⁹ vtuntur ¶ Gerundia recipiūt præpoſitionem per appoſitionem more nominū: habentq́; genera & caſus: quod lōge alienum eſt a verbo ¶ Qui gerundia verba eſſe dicunt: hac ratione vtunt: quia gerundia cum caſibus ſuorum verborum tranſitiue conſtruuntur: quod nomini non cōgruit. ¶ Qui vero gerundia participia eſſe arbitrantur: hac ratione vtuntur: quia gerundia de vtroq́; ſ. nomine & verbo aliquid accipiunt: vt intuenti has rationes ꝓxime dictas eſt notum. ¶ Mihi videtur optime eſſe dictum a quibuſdam doctiſſimis grammaticis ꝙ gerundia neq́; ſunt nomīa: neq́; verba: neq́; ꝑticipia: ſed vna alia pars ab aliis octo partibus diſtincta: q̄uis maximā habeant cū nomīe ſimilitudinem. Hoc pacto multas argutias & obiectiones euadet grammaticus. Sed quoniam in hac quæſtione perq̄ inutili diu certant grammatici: & adhuc ſub iudice lis eſt: nec ſatis determinata res eſt: hoc aliorum iuditio relinquatur. Ad congrue & latine loquendum ſufficiunt ea quæ diximus: nam de gerundiis multo plura dici poſſunt: ſed nō ſunt neceſſaria. Hæc de gerundiis.

## ¶ Sequitur de ſupinis.

Supinum

¶ Supinū eſt quoq́; quadā habitudine addita ſumpt⁹ ſicut gerundium. ¶ Primum ſupinum ſemper iungitur verbo ſignificāti motum ad locum: regitq́; poſt ſe caſum ſui verbi. vt eo lectum virgilium: eo venatum: eo cenatum: eo cubitum. Terentius. Quo te is perditum?

¶ Hic eſt notandum: primum ſupinum aliquando ſi gnificat motum explicitũ: vt in exemplis retro actis patet ¶ Aliquãdo ſignificat motum implicitum: ſeu latẽtem Terenti⁹. Datur ne hodie pamphilo nuptũ? .i. vt nubat pamphilo? vel vt eat nuptum. i. ad hoc ꝙ nubat pãphilo. & venum do ſeruos. i. vt veneant: hoc eſt vt vendantur ¶ Primum ſupinum habet ſignifica tionem verbi a quo deſcendit: hoc eſt actiuam quãdo deſcendit a verbo ſignificanti actionem: vel paſſiuam quãdo deſcẽdit a verbo ſignificanti paſſionem. ¶ Vl timum ſupinum ſemper iungitur nomini adiectiuo: & ſignificat paſſionem. vt res miſerabilis viſu. i. vt vi deatur: mirabile dictu. i. vt dicatur ¶ Neq; poteſt iun gi verbo: vt aliqui grammatici cenſuerunt. Sic inquit Laurentius vallenſis in lingua latina exquiſitiſſim⁹. Tamen videtur in hoc eſſe contra priſtianum & mul tos alios grammaticos: qui dixerunt: venio venatu. i. de venatione ſurgo cubitu. i. de cubatione. tamẽ Lau rentius dicit ꝙ hæc nõ ſunt ſupina. ſed verbalia. Ego poſtq̃ priſtianus dixit: nõ erubeſcam dicere: venio cu bitu: venio lectu: ſiue ſint nomina verbalia ſiue ſupina hoc illi inter ſe diſputent: poſtq̃ huiuſmodi ſermones apud tantos autores reperiuntur ¶ Quomodo ergo dicã: vinch de legir? Laurentius dicit ꝙ non poſſum⁹ dicere cum vltimo ſupio venio lectu: neq; per mediũ gerundium in verbis ſignificantibus motum Dicit. n. non poſſumus dicere reuertor ab arando: & redeo a diſputando: ſed redeo ab aratione: vel a diſputatione. In hoc non videtur magna vis: ſic vel ſic loqui. paren dum tamen eſſe cenſeo approbato vſui.

¶ Supina quæ pars? poteſt quæri. Reſpondetur ſicut de gerundiis dictum eſt; ꝙ ſunt vna pars diſtincta ab  Quæ pars ſupi⁹

aliis partibus orationis:& ſic eſſent decem partes orationis:nec miretur quiſpiam ꝙ decem partes orationis ponantur: quia alii poſuerũt plures partes orationis:alii pautiores q̃ octo ¶ Si tamẽ in octonario partium orationis numero perſtãdum eſt: vti communis eſt opinio:ad nomen gerundia-ad verbum ſupina reducenda ſunt. ¶ Dubitatur:quare dicantur ſupina: fateor inquit quidam optim⁹ grammaticus & linguæ latinæ peritiſſim⁹:me neſcire:neq; memini me legiſſe: qua ratione dicantur ſupina ¶ Alii dicunt ab eo dici ſupina:ꝙ a ſuis verbis ſunt deriuata & inflexa ¶ Alii ob hanc rem ſupinum vocant partem orationis: quæ quaſi vocem habeat participii:reſupinatur tamen: hoc eſt inuertitur vel conuertitur in actiuam ſignificationem ¶ Et rurſus quum alterum ex ſupinis in-um-deſinens actiuam habet ſignificationem:alterum reſupinatur-quod in-u-deſinit:& eſt paſſiuæ ſignificationis ¶ Hinc grammatici ſupinum illam partem oratiõis vocare: & nominare viſi ſunt. Probus & Diomedes aliam rationem aſſignant:ſed quoniam non videntur plene ſatiſfacere:ſatius eſſe duxi conticeſcere:q̃ in medium producere. ¶ Hæc pauca habui:quæ de gerundiis & ſupinis dicerem:de quibus apud grammaticos variæ ſunt opiniones atq; diſſenſiones. Nunc de participiis eſt dicendum:de quibus pauca perſtringam neceſſaria: relictis iis:quæ pueri ab ineunte etate in donato didicerunt.

¶ Sequitur de participiis.

Terminationes ptĩcipiorum

¶ Terminationes participiorum quot ſunt? Septem .ans.ens.tus.ſus.xus.rus.dus.

¶ Participium quod terminatur in-ans-vel in-ens-

præſentis temporis eſt:& præteriti imꝑfecti.vt amans qui amat:vel qui amabat.

¶ Participiũ quod terminatur in-tus-vel in-ſus-vel in.xus.præteriti temporis eſt:& pluſq̃perfecti.vt amatus.qui amatus fuit:vel qui amatus fuerat.

¶ Participium quod terminatur in-ans-vel in-ens-formatur a prima perſona præteriti imperfecti indicatiui mutata-bam-in-n-&-s-litteras.vt amãs. ¶ Præter iens & quiens cum ſuis decompoſitis: quæ formãtur-bam mutata in-ens-ſyllabam.vt iens.quiens.præteriens.nequiens.

¶ Participium præteriti temporis formatur ab vltimo ſupino addita-s-vt amatus-læſus-pexus. ¶ Præter mortuus:quod formaẽ addita-us-& ſcribitur per duplicatum-u-vt mortuus. Alia de formatione participiorum miſſa facio:quia notiſſima ſunt.

¶ Participium quam conſtructionem habet? Ante ſe nullum vult caſum: ſed concordat cum ſuo ſubſtantiuo:quum ſit adiectiuum. Poſt ſe regit caſum ſui verbi a quo deducitur.vt ſum amans deum.deus eſt colendus a me. Sum inſeruiturus amicis. Et ſimilimodo de aliis.

¶ A verbis actiuis quot participia deſcendunt? Duo vt amans & amaturus.

¶ A verdis paſſiuis quot participia deſcendũt? Duo. vt amatus & amandus.

¶ A verbis neutris quot participia deſcendunt? Duo vt ſeruiens & ſeruiturus. ¶ Excipiuntur neutra tranſitiua:quæ habent quatuor: vt arans-araturus-aratus & arandus.

¶ Excipiuntur quoq; quinq; neutropaſſiua cū aliqui
bus aliis neutropaſſiuis quæ habent tria participia. vt
Gaudeo gaudeo, gaudēs, gauiſus, & gauiſurus, audeo, audēs
Audeo auſus, & auſurus. ſoleo, ſolens, ſolitus, & ſoliturus,
Soleo fido, fidēs, fiſſus, & fiſſurus. fio, fiens, fact⁹, & futur⁹.
Fido differētiæ cauſa: ne ſi facturus dicamus: a facio eſſe vi
Fio deatur. placeo, placens, placit⁹, & placitur⁹. aſſueſco
Placeo aſſueſcēs aſſuet⁹ & aſſueturus. quieſco, quieſcēs, quie
Aſſueſco tus, & quieturus. careo, carens, caſſus, & cariturus.
Quieſco Virgilius in ſecundo æneidos. Nunc caſſum lumine
Careo lugent. licens, licitus, & liciturus. nubo, nubēs, nup
Liceo ta & nuptura. ¶ Nam nuptus proprie nō poteſt dici:
Nubo repugnat. n. ipſa rerum natura: quæ ſolis accidit femi
nis. quēmadmodum nō poteſt dici puerperus a puer
pera. Licet inueniatur nouus nuptus. i. nouus marit⁹
vt inquit priſtianus. ¶ Hic eſt notandum ꝙ hoc parti
Futurus cipium futurus magis videtur naſci a fio: q̄ ab hoc ver
bo. ſum. es. Poteſt etiam naſci a fio verbo vetuſto: teſte
Fiſſus priſtiano. ¶ Fiſſus quādo venit a fido, per ſimplex. s.
Quando venit a findor quod eſt paſſiuum iſtius verbi
findo: per duplex. s. ſcribitur.

¶ A verbis cōmunibus quot participia deſcendunt?
Quatuor. Duo in ſignificatione actiua. vt largiens lar
giturus. ¶ Et duo in ſignificatione paſſiua: vt largit⁹
& largiendus. ¶ Sed participium præteriti temporis
poteſt ſignificare actionem & paſſionem. vt amplex⁹
fui virtutes: a me amplexæ fuerunt virtutes.

¶ A verbis deponētibus quot participia deſcendūt?
Tria. vt vtens. vſus. & vſurus ¶ Inueniuntur in depo
nentibus aliqua participia terminata in. dus. vt conſe
quendus. adipiſcēdus. vtend⁹ &cæ. ¶ Sed credo aut
remanſerunt. quia olim fuerunt communia: aut ſunt
nomina. ¶ Sunt nonnulli qui dicunt ꝙ deponentia

tranſitiua in temporibus circumlocutis ſignificāt actionem & paſſionem: quod apud nullos bonos autores inuenio. nam non eſt maior ratio de temporibus circumlocutis q̄ de aliis. & ſiq̄ñ hoc recipiatur: eſt in illis quæ fuerunt communia. ſed nunc vti haudquaq̄ licet.

Nota. ab Orior Morior & Naſcor: participia præteriti temporis ſunt ortus. mortuus. & natus. ❡ Participia vero futuri temporis ſunt: oriturus. moriturus. naſciturus ❡ Reor nō habet niſi participium ratus in vſu.

Ortus
Mortuus
Natus
Oriturus
Moriturus
Naſciturus
Ratus

Ab impersonalibus deſcendunt participia? Minime: quum non habeant ſupina ❡ in paucis inueniuntur quædam: vt a tædet pertæſus. & regit gtm̄ & actm̄: vt Suetonius. Quaſi pertæſus ignauiam ſuam. Et Virgilius in quarto æneidos Si non pertæſum thalami thædæq; fuiſſet. vbi dicit Seruiꝰ: ꝓ ē participium ſine verbi origine ❡ A Penitet: penitens & penitendus & pigendus legimus: quæ forte a perfectis verbis veniunt: non ꝓ nunc ſint: ſed quæ apud veteres fuerunt: quibꝰ tamen nunc vti non eſt conſilium.

Penitendus
Pigendus

Odi. noui. cœpi. memini. habēt participia? Odi habet oſus. ❡ Noui notus ❡ Cœpi cœptus ❡ Memini meminēs ❡ Oſus. peroſus. & exoſus actm̄ regūt. vt oſus bella. Virgilius. Lucem peroſi. Ouidiꝰ Et thædas exoſa iugales. Et caue dicas: tu es mihi exoſus. Eſt. n. contra omnē antiquitatē ❡ Sed dices: tu es mihi inuiſus ❡ Sed exoſus & peroſus nomina magis q̄ participia eſſe videntur.

Odi oſus
Noui notus
Cœpi cœptus
Memini meminens
Exoſus
Peroſus

❡ Omnia verba (quæ carent ſupinis) carent participiis quæ deſcendunt ab illis. vt ſunt: Adueſperaſcit. noctescit. dieſcit. luceſcit. metuo. timeo. caleo. & fere infinita alia: de quibꝰ ī cōiugationibꝰ abūde tractatur

Nota hic

Hic eſt notandum: accuſatiui & ablatiui participiorũ
præteriti temporis ſepe ponuntur loco infinitiui: vt
Saluſtius. Priuſq̃ incipias conſulto: & vbi cõſulueris
mature facto opus eſt ¶ Cõſulto .i. cõſulere ¶ Facto
.i. facere. Terentius Iamiam inuentum tibi curabo &
adductum tuũ Pamphilum ¶ Inuentum .i. inuenire:
adductum .i. adducere.

Quæ ſunt participia quæ in voce paſſiua actiuam ha-
bent ſignificationem? Circunſpectus qui circunſpicit
Conſideratus qui agenda cõſiderat: quemmadmodũ
Inconſideratus qui agenda non conſiderat. Diſertus
qui bene differit. Cautus qui cauet: hoc eſt qui ſcit ſibi
cauere Tutus qui tuetur. vt tut⁹ port⁹: qui alios tuet.
tuta vrbs: quæ alios tuetur. ¶ Argutus qui arguit:
& eſt quadam accuta & accelerata ſolertia ¶ Falſus
qui fallit: Terenti⁹. Cenſen me aliquam cauſam fictã
falſam? .i. fallentem? ¶ Aliquando paſſiue capitur.
Terentius. Carine falſus es .i. decæptus. ¶ Content⁹
qui cõtinet: quod animo ſatiſfacit: non qui cõtinetur.
¶ Tacitus qui tacet. vt tacitus homo .i. taciturnus.
¶ Complacitus qui complacet. Terentius. Compla
cita eſt tibi illico .i. complacuit. Et ſimilia. ¶ Non te
lateat multa iſtorum paſſiue poni: ſi a verbis veniant
paſſiuis. ¶ Pregnans eſt participiũ ſine verbi origine.
¶ Nota quædam videtur participia: quæ omnino no
mina ſunt. vt Galeatus Tunicatus Togatus Comat⁹
Criſtatus Litteratus Haſtatus Hircutus.
¶ Quot modis participium tranſit in vim nominis?
Quinq́. ¶ Mutatione conſtructionis. ¶ Amiſſione
temporis ¶ Comparatione ¶ Compoſitione ¶ Et
mutatione ſignificati. ¶ Mutatione cõſtructiõis. q̃n̄o
conſtruitur cum caſu quem ſuum verbum non regit.
vt amans virtutem. participium eſt. ¶ Amãs virtutis

Circunſpect⁹
Cõſideratus
Incõſideratus
Diſertus
cautus
Tutus
Argutus
Falſus
Contentus
Tacitus
complacitus
Pregnans
Galeatus
Tunicatus
Togatus
comatus
criſtatus
Litteratus
Haſtatus
Hircutus

nomen. Saluſti⁹. Alieni appetens: ſui profuſus: patiẽs laboris. patiens algoris. patiens inediæ ¶ Temporis amiſſione: quando non exponitur per tempus partici pii. vt amandus participium .i. qui amabitur ¶ Amã dus nomen qui eſt dignus amari. Comparatione: q̃no participium fit comparationis poſitiuum. vt doctus doctior. ¶ Participium enim biffariam poteſt conſi derari. ¶ Vno modo vt eſt talis dictio: & ſic eſt parti cipium ¶ Alio modo vt eſt comparationis poſitiuũ: & ſic eſt nomen. ¶ Compoſitione: quando componi tur cum dictione: cum qua ſuum verbum nõ compo nitur. vt innocens, indoct⁹. Eorum. n. verbũ cum hac præpoſitione. in. non cõponitur: neq; eſt innoceo neq; indoceo ¶ Mutatione ſignificati. quando aliud ſigni ficat q̃ ſuum verbum. vt diligens: nam quum eſt parti cipium, ſignificat eum qui diligit. Quãdo eſt nomen, ſignificat eum qui eſt ſolers.

Quomodo cognoſcitur q̃no participiũ tranſit in vim nominis? cõſtructione: & aliis iſtis modis hic poſitis.

¶ Quãdo ablatiui ponũtur abſolute? Quãdo veniũt duæ dictiones: vel plures: & vna illaꝝ eſt nomen: vel pronomen: & alia participium: vel aliquid loco parti cipii: & nõ habẽt vnde regantur: ponũtur in abltõ ab ſolute. Exemplũ de participio: præceptore legente di ſcipuli proficiũt. Exemplũ ꝙ aliquid ponatur loco nominis. vt deo duce atq; adiutore præclare nobiſcũ agitur. Exemplũ de pronomine. vt præceptoris mei aduentum mirum in modũ deſidero: illo. n. monente atq; docente indies doctior euado.

Q̃no abltĩ po nũtur abſolute

¶ Quæ participia ponuntur in ablatiuo abſolute? Participium præſentis temporis & præteriti. nõ. n. vſu venit participium futuri temporis modo terminetur in, tus, modo in, dus, poni in ablatiuo abſolute.

Quæ pticipia ponuntur in abltio abſolute

Quãdo deeſt participiũ: quomodo cõponitur thema? per relatiuum quis vel qui: & per verbũ eiuſdem temporis. Exemplum: los ladres bandeiats nunca tornaran a valencia. componitur: Latrones (qui exularũt) nunq̃ valentiam reuertentur.

Pulchra vulgaria & neceſſaria quidem

Nota iſta vulgaria: in quibus pueri facile decipiuntur La lico enſenyada als meus dexebles molt aprofita. Latine ſic dicitur: Lectio (quam docti fuerunt mei diſcipuli) plurimum conducit ¶ Item La veſtidura de or veſtida al Sereniſſim Rey coſta treſmilia ducats. cõponitur: veſtis aurea (quam vel qua Sereniſſim⁹ Rex eſt indutus) conſtat tribuſmilibus aureorum ¶ Item Los borſeguins calcats ami; ſon vermells. componit Coturni (quos vel quibus calceatus fui) ſunt rubei. ¶ Item Los ſecrets comanats a tu deus celar. componitur ſic: Secreta (quæ vel quorum admonitus es) debes celare. In his. n. & ſimilibus deeſt participium: qm̃ tale participium non attribuitur rei: quæ reddat ſuppoſitum verbo ¶ Aduertas: quãdo venit tale vulgare Amador. legidor. Si attribuitur perſonæ agenti componitur per participiũ terminatum in-rus-vt magiſter eſt lecturus lectionem ¶ Quando attribuitur perſonæ patienti: componitur per participium terminatum in-dus-vt lectio eſt legenda.

¶ Sequitur de verbalibus

Quid eſt nomẽ verbale

¶ Nomẽ verbale eſt quod deriuatur a verbo. de quo breuiter eſt tractandũ. cuius multæ ſunt ſpecies & terminationes: tamen hic non intendo tractare breuitatis cauſa niſi de verbalibus terminatis in-or-& in trix in-iu⁹-& in bilis-vel in bile-& in dus.

Verbale terminatum in. or.

Verbale terminatũ in. or. formatur. ab vltimo ſupino

mutata-u-in-or vt doctu-doctor-victu-victor-amatu-amator-ſeſſu-ſeſſor.

¶ Verbale terminatum in-trix-formatur: a verbali terminato in-tor-mutata-tor in trix-vt adiutor-adiutrix. victor victrix. pugnator pugnatrix. ¶. Excipitur tonſtrix-quod deriuatur a tonſor: & expultrix qnod deriuatur ab expulſor.

Verbale terminatũ in-trix

Verbale terminatum in-or-vel in-trix-quem caſum poſtulat? gtm̃. vt perſecutor maloꝝ. expulſor vitioꝝ. Et deſcendit a verbis ſignificantibus actionem.

Verbale terminatũ in-or-

Verbale terminatum in-iuꝰ-vnde formatur? ab vltimo ſupio mutata-u-in-iuꝰ-vt nomino as nominatu nominatiuus. gino-is-genitu-genitiuus. do.as.datu. datiuus. accuſo.as.accuſatu-accuſatiuus. voco.as.vocatu vocatiuꝰ. aufero aufers-ablatu-ablatiuꝰ. recipio recipis-recæptu-recæptiuus. & regunt gtm̃: vt materia eſt recæptiua formæ: & exponuntur per hoc nomẽ aptus-& per infinitiuum actiuæ ſignificationis. vt materia eſt recæptiua formæ. i. apta recipere formam.

¶ Propterea nõ deſcendit niſi a verbis ſignificantibꝰ actionem.

Verbale terminatũ in. iuus.

Verbale terminatum in-bilis-& in-bile-vnde formatur? ¶ Quando deſcendit a verbo quod facit ſupina in-ſum-vel in-xum-vel in-ſtum-formatur ab vltimo ſupino mutata-u-in-i-& addita bilis & bile. vt video vides viſu: viſibilis & hoc viſibile. rideo rides riſu: riſibilis & hoc riſibile. ſentio. tis. ſenſu: ſenſibilis & hoc ſenſibile. flecto flectis flexu: flexibilis & hoc flexibile. comedo comedis comeſtu: comeſtibilis & hoc comeſtibile ¶ Si non facit ſupinum eo modo quo diximꝰ:

Verbale terminatũ in. bilis. & in. bile.

quando verbum terminatum in -o- eſt primæ tertiæ vel quarte coniugationis: formatur a ſecũda perſona -s- remota addita -bilis- & bile- vt laudo as s remota & addita -bilis- & -bile- laudabilis et hoc laudabile. credo credis credibilis & hoc credibile. exaudio exaudis: exaudibilis & hoc exaudibile. ¶ Quando verbũ eſt ſecunde coniugationis: formatur mutata -es- ſyllaba in -i- & addita -bilis- & bile- vt terreo terres -es- ſyllaba mutata in -i- & addita -bilis- & bile- fit terribilis & hoc terribile. ¶ Quando autem verbum terminatum in .or. eſt primæ vel quartæ coniugationis: formatur a ſecunda perſona præſentis indicatiui remota -ris- & addita -bilis- & bile- vt veneror. aris. ris- remota: addita -bilis- & bile: venerabilis & hoc venerabile. blandior blandiris: blandibilis & hoc blandibile.

¶ Quando eſt Secundæ: formatur a ſecunda perſona præſentis indicatiui -ris- remota: & mutata e. in -i- & addita. bilis. & bile. vt tueor tueris: tuibilis & hoc tuibile.

¶ Quando eſt tertiæ coniugationis: formatur a præſenti infinitiui addita. bilis & bile. vt veſcor veſceris veſci: veſcibilis & hoc veſcibile.

Nomen verbale terminatum in bilis- vel in bile: a quibus verbis deſcendit? Deſcendit proprie a verbis habentibus infinitiuum paſſiuæ ſignificationis: & ſignificat paſſionem: & regit communiter datiuum perſonæ agentis poſitũ loco ablatiui mediante præpoſitione. a. vel. ab vt chriſtus eſt amabilis nobis ideſt a nobis.
¶ Aliquando ablatiuũ: vt aqua eſt calefactibilis igne
¶ Itaq; inſpitiẽda eſt verbi cõſtructio a quo deſcẽdit.
¶ Quomodo exponitur verbale terminatũ in -bilis-

& in bile: per hoc nomen aptus.a.um.vel per hoc ver bum Poſſum potes:& per infinitiuum actiuæ ſignifi catíonis.vt generabile.i.aptum generari vel quod po teſt generari.

¶ Hic eſt notandum quando verbale deſcendit a ver bo quod non habet infinitiuum paſſiuæ ſignificatio nis:ſignificat actionem: & exponitur per hoc nomen aptus apta aptum & per infinitiuum actiuæ ſignifica tionis.vt riſibile.i.aptum ridere. rationale aptum ra tiocinari ¶ Nam aliquãdo verbale terminatur in.lis. vt rationalis. ¶ Hoc verbale ſenſibile inuenio expoſi tum actiuæ & paſſiuæ. ¶ Actiuæ quidem:quum dici tur: animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis.i.apta ſen tire: ¶ Paſſiue vero quum dicitur:color eſt ſenſibilis ideſt aptus ſentiri vel poteſt ſentiri.

Senſibile

Verbale terminatum in.dus.

Verbale terminatum in.dus.ſignificat paſſionem:& regit datiuum poſitum loco ablatiui mediãte præpo ſitione.a.vel ab.& exponitur per dignus digna dignũ &per infinitiuum paſſiuæ ſignificationis.vt chriſtꝰ eſt amandus a nobis:ideſt dignus amari a nobis.

¶ Hic eſt notãdum:verbale terminatum in .dus.qñ eſt nomen.exponitur per hoc nomẽ dignus digna di gnum:& ꝑ infinitiuum paſſiuæ ſignificatioĩs vt dictũ eſt. ¶ Quando autem eſt participium:exponitur per quis.vel qui.& per futurũ indicatiui ſui verbi paſſiui. vt amandus: ideſt qui amabitur.

¶ Hic eſt notandum:multa nomina adiectiua haben tia vim ſimilem verbalibus terminatis in .or. regunt genitium.vt expers virtutis.conſcius ſceleris. inſcius huius rei.dubius itineris. cupidus argẽti. timidus pu nitionis.reus mortis.tenax numorũ. ſecurus amorũ.

¶ Item multa adiectiua in neutro genere ſubſtãtiua ta elegãtiſſime regunt gtm̃. vt quid rei: id negotii. hoc rei: iſtud mali: & multa ſimilia.

Simile Diſſimile

¶ Simile & diſſimile regunt gtm̃ vel dtm̃: vt ſimilis tui: vel tibi ſed differũt ¶ Nam ſum ſimilis tibi in forma ¶ Similis tui i moribus intelligitur

Inſtar

¶ Hoc nomen Inſtar indeclinabile gtio iungitur. vt Virgili⁹. Inſtar mõtis. Plerique veteres ad inſtar dixerunt: tamen vſitatius eſt ꝙ non ponatur expreſſæ ſed ſubintelligatur. equidem omnia & plura alia vim habent poſſeſſiuam: & ideo gtio iunguntur: quæ vſu & comparatione comparãtur. ¶ Multa etiã nomina datiuo adiunguntur acquiſitiue: vt ſum amicus tibi: ſum inimicus tibi ¶ Multa etiam accuſatiuo figurate p ſynechdochẽ. vt mulier nuda genu: collecta ſinus fluẽtis. ¶ Nomina tamen quædam (quæ pro participiis ponuntur) hunc caſum regere comperiuntur: vt ignarus cauſas. i. ignorans cauſas. præſci⁹ futura. i. præſciens futura. hoc volebam neſcius ne eſſes. i. ne hoc eſſes ignorans ¶ Ablatiuis etiam iunguntur nomina vt validus viribus. i. per vires. feſſus curſu. i. p curſum. piger pedibus. i. per pedes. tardus ingenio. i. per ingenium. nõ eo tamen infitias. hæc pro exempli gratia dicta ſunt: alia inſtar horũ tute deducito: nam omnia complecti longior æquo eſſet proceſſus.

## ¶ Sequitur de comparatione.

Quid eſt comparatio.

¶ Comparatio eſt rei ad rem facta collatio in aliquo tertio: vni ſecundum magis: alteri ſecundum minus. vt Hector fuit fortior Achile. i. magis fortis q̃ Achiles. In qua comparatione ſignificatur ꝙ tam Hector q̃ Achiles fuit fortis tamen Hector habuit plus fortitudinis q̃ Achiles. Et extremum plus habẽs ſolet vo

cari res excedens. Et extremum minus habens res ex
cessa.

¶ Quot ſunt gradus comparatióis? Tres. Poſitiuus. Comparatiuus. & Superlatiuus. vt fortis: fortior: fortiſſimus. — Gradus comparatiois

Quid eſt gradus in comparatione vt hic loquimur? Eſt proprietas dictionis faciendi ex ſe comparatiuum & ſuperlatiuum ¶ Et dictus eſt gradus ſimilitudinarie: quoniã quẽmadmodum gradus ſunt ex quib⁹ ſcalæ conſtant: & per quos ad edifitiorum altiora conſcẽditur: ſimilimodo in comparatione: a poſitiuo in comparatiuum & ſuperlatiuũ: quaſi per quoſdam gradus ideſt incrementa qualitatis in qua fit comparatio conſcenditur & peruenitur. — Quid eſt grad⁹ — Vñ dicit grad⁹

Quid eſt poſitiuus? Eſt nomen adiectiuum ſignificãs ſine incremẽto: cuius proprietas tam augeri q̃ minui poteſt: vt albus albior albiſſimus. — Quid eſt poſitiuus

Quotuplex eſt comparatio? Triplex ¶ Quædam eſt comparatio regularis voce: & ſignificatione. — Quotuplex cõpatio

Quãdo eſt comparatio regularis voce & ſignificatione? Quando comparatiuum & ſuperlatiuum regulariter formantur a ſuo poſitiuo: & retinent ſignificationem ſui poſitiui: cum quodam incremento: vt albus albior albiſſimus.

Quædam eſt comparatio irregularis voce: & regularis ſignificatione

Quando eſt comparatio irregularis voce & regularis ſignificatione? ¶ Quando comparatiuum & ſuperlatiuum irregulariter formantur a ſuo poſitiuo: tamẽ retinent ſignificationem ſui poſitiui cum quodam incremento. vt bonus melior optimus Et ſimilia

Quædam eſt comparatio regularis voce: & regularis ſignificatione.

Quando eſt comparatio regularis voce:& irregularis
ſignificatione? ¶ Quando comparatiuum & ſuperla
tiuum regulariter formantur a ſuo poſitiuo:& non re
tinent ſignificationem ſui poſitiui: vt potis-potior po

Potis
Nouus

tiſſimus ¶ Nam potis idem eſt ꝙ potes:potior.i.me
lior:potiſſimus.i.optimꝰ ¶ Similiter nouus-nouior
nouiſſimus.i.vltimus-hic ſuperlatiuum mutat ſigniſi
cationem ſui poſitiui.

In quot partibus orationis fit cōparatio

In quot partibus orationis fit cōparatio? In quinꝗ.in
nomine-verbo-pticipio-aduerbio-& prepoſitiōe.
In quibꝰ nominibꝰ fit cōparatio? In nominibꝰ adiecti
uis:ſecundæ vel tertiæ declinatiōis: quoꝝ proprietas
tam minui q̃ augeri poteſt:vt patet
In quot verbis fit cōparatio? In hoc verbo detero.is.
tantum: vt ſciam.vt deterior-deterius-deterrimus.a.
.um ¶ Nam potior cōparatiuum magis videtur veni
re ab hoc nomīe potis:q̃ ab hoc verbo potior.iris.
In quibꝰ participiis fit comparatio? in participiis præ
ſentis temporis:& præteriti ¶ Nam participia futuri
temporis comparationem recipere verus linguæ lati
næ vſus nō patitur. In paucis tamē terminatis in-dus
inuenitur ſuperlatiuum fieri:vt Reuerendiſſimus.Co
lendiſſimus.Obſeruandiſſimus. ¶ Sed forte non mi-
nus latinæ:ac limate diceretur (vt quibuſdam autori
bus libet) admodum Reuerēdus:perq̃ colendus:plu
rimum obſeruandus:Et alia ſimili modo.
In quibus aduerbiis fit comparatio? Non quidem in
omnibus:ſed in paucis:quæ paulo poſt docebimus.
¶ in quibus præpoſitionibns fit comparatio? in pau
cis:quas etiam mox patefaciemus.
¶ in nominibus ſubſtantiuis fit comparatio? Non.
Sed aliquando poetæ nimis licenter abuſi ſunt com-
paratiuo & ſuperlatiuo: ratione alicuius proprietatis

íntellectæ in tali nomine ſubſtãtiuo. vt a nerone nero
nior.i.durior.& a lapide lapidior.i.durior ¶ Ab hoc
pronomine/ipſe ipſa ipſum/etiam Plautus fecit ipſiſſi
mus abuſus ſuperlatiuo

¶ Sequitur de comparatiuo

Comparatiuum eſt:quod cum intellectu poſitiui: vel
cũ aliquo pticipe ſenſus poſitiui: magis aduerbium ſi
gnificat.vt doctior.i.magis doctus.

Comparatiuũ quid eſt

Quot terminatiões ſunt in cõparatiuo? Duæ.or.&us.
Comparatiuum terminatum in.or.cuius generis eſt?
Communis. vt hic & hec doctior. ¶ Præter ſenior:
quod eſt maſculini generis:cui additur iunior ſecun-
dum aliquos.

Terminationes compatiui

Comparatiuum terminatum in.us.cuius generis eſt?
Neutri.vt doctius:
Comparatiuum terminatum in/or/ vnde formatur?
Quando poſitiuum eſt ſecundæ declinationis: a gtio
ſingulari addita/or/vt doctus docti doctior.
Comparatiuum neutrũ vnde formatur? A compara-
tiuo terminato in/or/conuerſa/or/in/us/vt doctior/
docti⁹:& flectitur ſic:hic & hec doctior & hoc docti⁹
& ſimili modo alia ¶ Excipiuntur hæc poſitiua:quæ
irregulariter formant comparatiuum & ſuperlatiuũ:
bonus/melior/melius/optimus. malus/peior/peius
peſſimus. magnus/maior/maius/maximus. paruus/
minor/minus/minimus.ſiniſter/ſiniſterior/ſiniſteri⁹/
ſiniſtim⁹.quod licet videatur eſſe factũ a gtio ſiniſteri:
tñ in vſu ſiniſtri vbiq; reperit: & nõ ſiniſteri.dexter dex
terior dexteri⁹ dextim⁹.ſi eſt a gtio dexteri: ſeruat re-
gulã: Si eſt a gtio dextri:excipitur.Multus pl⁹ facit cõ
paratiuum:cuius nominatiuus/accuſatiuus/ & voca
tiuus ſingulares non inueniuntur niſi neutri generis:
Cæteri caſus ſunt omnis generis: præſertim in nume

to plurali. Suplatiuũ eſt plurimus plurima plurimũ.

Nequam ¶ Nequam facit comparatiuum nequior, nequius. Superlatiuum: nequiſſimus.a.um ¶ Hoc verbum

Detero.is. detero deteris facit comparatiuum deterior: deterius. ſuperlatiuum deterrimus deterrima deterrimum Hic & hec ocyor & hoc ocyus comparatiuum: & ocyſſimus .a.um. ſuperlatiuum: a poſitiuo greco ocys deducunt

Ocys ¶ Ocys grece velox interpretatur latine Seruius ſup octauum æneidos dixit: Ocyus poſitiuꝰ eſt antiquus: neqꝫ poteſt comparatiuꝰ eſſe. Sed pace eius magis Plinio adhærendum eſt in hoc: qui in ſecundo naturalis hiſtoriæ dixit: Ocyore ambitu. cuiꝰ etiam ſuperlatiuũ ocyſſime inuenitur Sed frequentiꝰ aduerbialiter ocyꝰ inuenitur: vt moue te ocyus.i. velotius ¶ Excipiſitur quoqꝫ nomina cõpoſita a facio, dico, & loquor, quæ formãt comparatiuum in, entior, & ſuperlatiuum in entiſſimus: vt magnificus magnificentior magnificentius, magnificentiſſimꝰ. munificus, munificẽtior, munificentius munificentiſſimus. maledicus maledicentior maledicentius maledicentiſſimus. magniloquus magniloquentior magniloquentiꝰ magniloquentiſſimus. beniuolus & maliuolus quoqꝫ i, entior, & in, entiſſimus formant comparatiuum & ſuperlatiuum Et alia huiuſmodi ¶ Excipiuntur etiam poſitiua terminata in, us, habentia vocalẽ ante, us, quæ nequaq̃ formant comparatiuum & ſuperlatiuum. vt ſunt: pius, arduꝰ, egregiꝰ, dubiꝰ, ſtrenuꝰ, ꝑpetuꝰ rubeꝰ & ſimilia ¶ Antiquiores tamẽ, piꝰ, piẽtior, piẽtiſſimꝰ dicebãt.

Q ño poſitiuũ ſẽ tertiæ declinatiõis: quomodo formatur comparatiuũ? A dtĩo ſingulari addita, or, vt forti fortior: elegãti elegãtior ¶ Excipit iuuenis: quod facit iunior ꝑ ſyncopen; deberet.n. eſſe iuuenior

Quæ ſunt aduerbia in quibus fit comparatio?

Pridem —— prior——primus .a.um.

Penitus —— penitior penitiſſimus.a.um.

Diu————diutior diutiſſimus.a.um.

Sepe————ſepiſſimus.a.um. ſuperlatiuum

Sepiſſimam diſcordiam fuiſſe. Cato nepos inquit: vt allegat priſtianus. Cuius comparatiuũ ſe non legiſſe dicit ¶ A.nuper nuperrime dixit Cicero.

Quæ ſunt præpoſitiones in quibus fit comparatio?

Intra————interior——intimus.a.um

Infra————inferior——infimus .a.um.

Supra————ſupior—— ſupremus .a.um.

Citra————citerior citinus .a.um.

Extra————exterior extremus.a.um.

Poſt ————poſterior poſtremus .a.um

Prope————propior proximus.a.um.

Ante———— anterior caret ſuperlatiuo

¶ Quam cõſtructionem habet comparatiuus? Ante

nullũ vult caſum:poſt ſe regit abltm̃ in re exceſſa ſine
præpoſitione:vel ntm̃ cum hoc aduerbio.q̄.vt nemo
eſt eloquentior Cicerone:vel q̄ Cicero.

Quot modis cõparatiuũ nõ poteſt regere abltm̃

Quot modis comparatiuum nõ poteſt regere abltm̃? Quinq;.Aut quando non inuenitur ablatiuꝰ.vt dulcius eſt mare ponticũ q̄ cætera maria ¶ Aut quando inter ipſa adiectiua fit comparatio : vt ego ſum magis albꝰ q̄ niger:& nõ nigro ¶ Vel quando inter ipſa verba fit cõparatio:vt plura audio q̄ credo ¶ Vel quãdo dictio a qua fit exceptio ponitur i ntõ: vt Diomedes fuit fortior:q̄ troiani omnes præterq̄ Hector. ¶ Hec enim dictio præterq̄ debet copulare ſimiles caſus.
¶ Vel qñ cõparatiuum fit ad duo: tũc.n.regit gtm̃: vt dici ſolet ex vi ptitionis.vt duoꝵ fratrum maior eſt martinus ¶ Item.manuum dextera eſt fortior ¶ Similiter.pedum dexter eſt celerior. ¶ Alias ablatiuo iungitur

Quot modis cõparatiuũ nõ poteſt regere ntm̃ cũ .q̄.

Quot modis comparatiuum nõ poteſt regere ntm̃ cũ .q̄? Similiter quinq; modis ¶ Aut quãdo compara-tio fit inter duo: quia tũc regit genitiuũ vt dictum eſt. ¶ Aut qñ nõ inuenitur nominatiuꝰ:vt nihil eſt crudelius.duriuſq; nece.& nihil eſt homini ſeipſo chariꝰ. ¶ Aut quãdo res exceſſa eſt dictio negatiua:vt nullo homine ingenii accumie es tardior ¶ Vel qñ dictio (a qua fit exceptio) ponitur i ablatiuo:vt Diomedes fuit fortior omnibus troianis:præterq̄ Hectore

Tam & q̄

¶ Tam.&.q̄.aduerbia poſſunt iungi comparatiuo? vel ſuperlatiuo?Poſſunt quidem.tunc:qñ duo comparatiui vel ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti: inter ſe æquantur,i.æqualiter veniunt. Exemplum di

cã lingua vernacula. Eneas axí mes iuſt: cõ mes pſpet fon de Hector. Cõponitur ſic. tam iuſtior: q̃ fœlicior æneas fuit hectore Significatur. n. ꝙ æneas hectorem æqualiter tam iuſtitia q̃ fœlicitate ſuperauit: atq; vicit & tam iuſtiſſimus q̃ fortiſſimus troianoꝝ fuit æneas. Quando vero nõ æquantur. i. non veniunt æqualiter: Primo addemus magis. Secundo q̃. ¶ Exemplum tu es mes iuſt que mes fort que ton germa Cõponitur tu magis iuſtior es q̃ fortior tuo fratre. ſignificatur ꝙ magis ſuperas atq; vincis fratrem tuum ¶ Nota ſicut dicimuus ego ſum fortior q̃ tu: ita poſſum⁹ dicere in obliquis caſibus: iudico te doctiorem: q̃ illum. amo te magis q̃ illũ. inſeruio tibi magis: q̃ illi. indigeo tui ma gis: q̃ illi⁹. vel indigeo te magis q̃ illo. ¶ Inſpitienda eſt itaq; conſtructio dictionis quæ regit.

Cõparatiuum diminutiuum

¶ Nota quædam comparatiuorum diminutionem accipiunt. ¶ Quid eſt comparatiuum diminutiuũ? quod diminutionem ſui primitiui aquo deducitur cũ comparatione ſignificat. vt grandiuſculus. maiuſcul⁹ meliuſculus. minuſculus. tardiuſculus: & formantur a neutro comparatiuo addita culus. vt grandius grã diuſculus: ideſt paulo grandior. maius maiuſculus. i. paulo maior. Terentius in eunucho. Thais q̃ ego ma iuſcula eſt: ideſt paulo maior q̃ ego ſum. & habent cõ ſtructionem comparatiui.

Abuſio in com paratione

¶ Quot modis fit abuſio in comparatione? Quatuor modis ¶ Conſtructione ¶ Significatione ¶ Com paratione ¶ Et formatione. ¶ Conſtructione: quan do comparatiuus nequaq̃ regit ablatiuum: neq; nomi natiuum cum q̃ ſed partitiue denunciatur: & iungi tur genitiuo. vt ſcientiarum nobilior eſt philoſofia.

¶ Significatione: quando comparatiuus aut pro poſitiuo ponitur: vt ſenior pro ſenex. Aut quando min⁹ poſitiuo ſignificat: vt triſtior .i. parꝫ triſtis ¶ Aut q̃no contrarium ſui poſitiui ſignificat: vt dulcius eſt mare ponticum: q̄ cætera. hoc eſt min⁹ amarum ¶ Comparatione: quando aliquo ad bonam comparationem requiſito caret: vt nix eſt albior coruo ¶ Ad bonam. n. comparationem quatuor requiruntur. ſ. res comparata: res cui comparetur: qualitas. Et ꝙ vtrūq; extremū in ea comunicet qualitate: vt hector eſt fortior troianis. ¶ Formatione quando ſubſtantiua vel pronomina comparantur: vt neronior, lapidior, ipſiorꝫ.

Quæ requiratur ad bonam cōparationem

Aduertēdum eſt: Conſtructio poſitiui ſeruatur in cōparatiuo: vt hoc dolium eſt pleni⁹ olei illo vel q̄ illud ego ſum doctior te meo ſtudio: ego ſum dignior te honore mea virtute: & ſimiliter de aliis poſitiui cōſtructionibus: ſi ſe manibus offerant. ¶ Poteſt etiam comparatiuum regere ablatiuum ſignificantem exceſſum vel exceſſus diminutionem: vt ego ſum maior te duobus digitis: ego ſum maior te decem annis. ego habeo plures tribus trecentis aureis. ego ſum minor te decē annis.

Quot modis deficit cōparatiu⁹

Quot modis deficit comparatiuus? Quatuor. Primo in nominibus ſubſtantiuis ¶ Secundo in nominibus adiectiuis: quorum proprietas nō poteſt minui vel augeri. vt vnicus vnica vnicum. hic & hec ſingularis & hoc ſingulare. hic & hec riſibilis & hoc riſibile. ¶ Tertio in nominib⁹ adiectiuis terminatis in, us, vel in, is habentibus vocalem ante, us, vel ante, is. vt ſunt pius ſtrenu⁹, rube⁹, tenuis, & ſimilia ¶ Quarto in verbis.

Quomō ſupplet comparatiuus

Quomodo ſuppletur Comparatiuus: quādo deficit?

per hoc aduerbium magis:& per poſitiuum:cuius cõ paratiuus deficit: vt ſum magis pius q̃ tu. ſum magis rubeus q̃ tu.ego credo magis q̃ tu. Et ſimili modo in aliis.

Quæ eſt cauſa ob quam in poſitiuis terminatis in-us-vel in-is-habẽtibus vocalem ante-us-vel ante-is-ne-quaq̃ formatur Comparatiuus :Duas rationes elargitur Priſtianus:quarum prima eſt ¶ Quoniã duæ ſunt regulæ inter ſe pugnãtes Altera enim eſt:ꝙ omnis cõparatiuus vincit genitiuum ſui poſitiui vna ſyllaba:vt albus-genitiuo albi-albior. ¶ Exceptis paucis anomalis .ſ. iunior.maior.peior.prior.minor. ¶ Altera eſt:quoniam.i.poſita inter duas vocales vim ſuam ſeruantes efficitur conſonans ¶ Vnde fit:ꝙ tunc Comparatiuus genitiuum ſui poſitiui non ſuperet:vt intuẽti eſt conſpicuum ¶ Ob hoc factum eſt:ꝙ huiuſcemodi poſitiuis non formetur comparatiuus:.vt tam hec: q̃ illa ſeruetur ¶ Aliter oporteret alteram iſtarum regularum non ſeruari:vt ſatis liquet ¶ Secunda ratio (quam Priſtianꝰ largitur)eſt:vt intollerabilis vitetur hiatus ¶ Tribus enim vocalibus per tres ſyllabas cõtinue poſitis nulla cõſonante media:intollerabilis fieret hiatus.vt piior:arduiior.quod ne fiat:non ſunt vſi eorum cõparatiuis grammatici ¶ Ego certe arbitror hoc factũ fuiſſe euphoniæ cauſa. Et iita cauſa facilior eſt pro pueris ¶ Vetuſtiſſimi tamen vſi ſunt arduior-arduiſſimus.& ita in aliquibꝰ aliis:quæ breuitatis cauſa relinquo.Hos tamen non ſequaris:conſulo: nã illa vetuſtas eſt in multis a poſterioribus emendata. Nota optimã cauſam

¶ Hæc de Comparatiuis hactenus.

¶ Sequitur de Superlatiuis.

Quid eſt ſuper latiuum

Quid eſt ſuperlatiuum? quod ad plures ſui generis cõparatum omnibus ſupponitur. ❡ Sui generis: intellige ſecũdum aliquos. i. ꝙ res (quæ comparatur) ſit de numero rerum ad quas fit cõparatio: hoc pacto: ꝙ talis genitiuus pluralis reductus in nominatiuum ſingularem vere dicatur de re quæ comparatur. vt Plato fuit doctiſſimꝰ grecorũ: vere dicitur Plato fuit grecꝰ. Cicero fuit eloquentiſſimus latinoꝝ: vere dicitur Cicero fuit latinꝰ. neq; .n. recte atq; latine diceretur Plato fuit latinoꝝ doctiſſimus. Sed ꝑ comparatiuũ recte dicam: Greci doctiores ſunt latinis. & Plato eloquentior fuit Cicerone. ❡ Alii dicũt: Sui generis. i. ſuæ gẽtis vel nationis: & hoc exempla Priſtiani ſignificare videntur. vtrũq; tamen multoꝝ iuditio poteſt teneri & latine dici ❡ Omnibus ſupponitur. i. omnes in ſignificato ſuperlatiui traſcendit ❡ Hec diffinitio ſuperlatiui eſt: quod comparate accipitur ❡ Vel per ſe prolatum intellectum habet poſitiui cum valde aduerbio. vt Hector fuit fortiſſimus. i. valde fortis ❡ Per ſe prolatum. i. abſolute poſitum: hoc eſt non facta comparatione: tantum. n. ſignificat quãtum poſitiuũ cum hoc aduerbio valde. vt Plato fuit doctiſſimus. i. valde doctus. Et hec diffinitio eſt ſuperlatiui: quod abſolute ponitur ❡ Nota. Comparatiuum ad vnum & ad res diuerſorum generum poteſt cõparari. Ad vnum. vt Plato eloquentior fuit Cicerone. Ad plures: vt greci doctiores ſunt latinis.

Superlatiuum quot modis formatur

❡ Superlatiuum quomodo formatur? Quando poſitiuum terminatur in -r- ſiue ſecundæ ſiue tertiæ declinationis: formatur a nominatiuo addita -rimus- vt miſer: miſerrimus. aſper: aſperrimus. pauper pauperrimꝰ celeber: celeberrimus. & duplicatur -r- ❡ Excipitur

.X.

dexter: quod facit dextimus. & ſiniſter: ſiniſtimus.

Quando poſitiuum non terminatur in .r. & eſt ſecundæ declinationis: formatur ſuperlatiuū a genitiuo ſingulari addita s. & ſimus. vt doctus doctiſſimus. peritus: peritiſſimus. & duplicatur .s. ❡ Exceptis anomalis: vt ſunt bonus: optimꝰ. malus: peſſimus. magnꝰ maximus. paruus. minimus. multus plurimꝰ. Et a facio. dico. loquor compoſitis: quæ formant ſuperlatiuum in entiſſimus. de quibꝰ quū de formatiōe cōparatiui tractaremus dictum eſt ❡ Maturus facit maturrimus: quaſi a nominatiuo matur: qui nūc in vſu nō eſt. ❡ Inuenit maturiſſimus apud Ciceronem: qui dixit In etate maturiſſima.

Nota. proximus quando pro cognato accipitur: poſitiui habet ſignificationem: nam a legis latoribus eius comparatiuum ꝑfertur: vt proximiores .i. propiores cognati. ❡ Vnde Vulpianꝰ. Si quis ꝓximior cognatus naſcetur. i. propior ❡ Item veietiꝰ in libro rei militaris: Proximior dextra ſit.

❡ Quando poſitiuum eſt tertiæ declinationis: & nō terminatur in .r. formatꝰ ſuperlatiuum a genitiuo ſingulari addita .ſimus. vt locuples locupletis locupletiſſimus. iners inertis inertiſſimus. fœlix fœlicis fœliciſſimus. & duplicatur .s. ❡ Vetus facit ſuperlatiuū veterrimus: quod a veter poſitiuo vetuſto naſci videt. ſed nunc nō eſt in vſu. Etniꝰ. quū veter occubuit Priamus. ❡ Senex & iuuenis carent ſuperlatiuo ❡ Poſitiua intellecta ꝑ litteras poſitas in hac dictiōe .fagus. formant ſuperlatiuos gradus a nominatiuo ſingulari .is. remota addita .limus. vt ſunt facilis facillimus. agilis. agillimus. gracilis. gracillimus. humilis. humillimus. ſimilis. ſimillimus. cum ſuis compoſitis.

vt diſſimilis-diſſimillimus.difficilis-difficillim⁹.Do-
cilis quoq; facit docillimus.& duplicatur-l-

*Superlatiuum quem caſum regit*

¶ Superlatiuum quem caſum regit? genitiuum plu
ralem:vel ſingularem nominis collectiui i re exceſſa.
vt Ariſtoteles fuit doctiſſimus grecorum.tu es fortiſſi
mus gentis.Virgilius.O danaum fortiſſime gētis Ti-
tide.

*Nomem collectiuum*

¶ Nomen Collectiuū eſt quod in numero ſingulari
includit multitudinē.vt populus-plebs-gens.vulg⁹.

Hic eſt notandum:Conſtructio poſitiui ſeruatur in ſu
perlatiuo:vt tu es ditiſſimus agri valentinorum.tu es
doctiſſimus laude omnium qui viuant hominum.
¶ Eſt enim regula generalis ꝙ cōſtructio poſitiui ſer
uatur in comparatiuo & ſuperlatiuo.
Hic eſt notandum aliquando ſuperlatiua quæ veniūt
a præpoſitionibus: caſus ipſarum præpoſitionum exi
gunt.vt arbor illa eſt proxima litus.

*Quot modis accipitur Supꝫlatiuū*

Quot modis accipitur Superlatiuum? Duobus.ſ cō-
parate & abſolute ¶. Quādo ſuperlatiuum accipitur
comparate? Quando comparatur ad rem exceſſam:
& tunc includit multomagis & ſignificatum poſitiui
vt Cicero fuit doctiſſim⁹ latinorum .i.multo doctior
ꝗ fuerint latini ¶ Quādo ponitur abſolute? Quādo
non cōparatur ad rem exceſſam:& tūc includit valde
& ſignificatum poſitiui:vt Cicero fuit eloquentiſſim⁹
ideſt valde eloquens.

*Quot modis deficit Suplatiu⁹ grad⁹*

¶ Quot modis deficit ſuperlatiuus gradus? Septem
Primo in nominibus ſubſtantiuis ¶ Secundo quādo
fit comparatio ad plures ſui generis: ſed non omnib⁹
ſupponitur quib⁹ comparatur:vt ſi dicam:yo ſo molt
mes fort dels homens ſino de tres ¶ Quarto quādo

nõ ſit compatatio ad res eiuſdem generis: vt ſi dicam: Lo home es molt mes ſaui dels aſens. ¶ Quito in poſitiuis terminatis in -us- vel in -is- habẽtibus vocalem ante -us- vel ante -is- vt dictũ eſt ¶ Sexto quando poſitiuum deeſt vt in verbis ¶ Septimo in nominib' adiectiuis: quoꝝ proprietas nõ poteſt minui vel augeri. vt riſibilis.

Quando ſuperlatiuum deficit quomodo ſuppletur? Quando comparatiuum non deficit: per comparatiuum: & per aliquod iſtoꝝ duorum aduerbioꝝ magis & longe: vt ego ſum multo doctior te. Plato fuit longe elegantior Cicerone.

Quomodo ſuppletur compatiuum

Quando comparatiuum deficit: ſuppletur ſupperlatiuum per aliquod iſtorum duorum aduerbioꝝ multo vel lõge: & per poſitiuum. vt ſum multo magis rube' q̃ tu. & ſimili modo de aliis. Et tunc res exceſſa ponit in caſu quem comparatiuus: vel aduerbium comparatiui exigit. vt ego ſum longe doctior petro.

Hic eſt notãdum: quiſq; ſemper iungitur ſuperlatiuo. vt optimuſquiſq;: ſapientiſſimuſquiſq;.

quiſq; cui addit

Omnis & cunctus poſitiuo & comparatiuo: vt omnes boni: cuncti boni: omnes ſapientiores: cuncti ſapientiores ¶ Quiſq; tamen tunc poſitiuo iungitur: quum poſitiu' nõ recipit cõparationẽ: vt ſtrenuiſſimuſquiſq; ſeptimuſquiſq;

Ois & cunctus cui adduntur

Per cui additur quando auget? poſitiuo. vt perbonus perdoctus. ¶ Per quid augetur comparatiuus? Per aliquod iſtorum duorum aduerbioꝝ lõge vel multo. vt longe melior: multo doctior. ¶ Per quid augetur ſuperlatiuũ? Aut per longe: vt lõge optimus ¶ Aut per multo: vt multo doctiſſimus. ¶ Aut per -q̃- qñ ſignificat valde: vt q̃optim' ¶ Perq̃ dictio (quæ ſignificat valde) cui additur? poſitiuo: vt tu es perq̃ bon':

Per. cui addit

Per quid augetur compatiu'

Per quid auget ſuplatiuũ

Perq̃. cui addit

ideſt valde bonus: tu es per q̃ doctus.i.valde doctus.
Hæc de ſuperlatiuo hactenus.

## Sequitur de interrogationib⁹

Quid eſt interrogatio

Quot ſunt aduerbia interrogatiua locorũ

Quid eſt interrogatio de vbi

Quid eſt interrogatio? Alicuius rei dubiæ: vel quaſi dubiæ facta petitio.
Quot ſunt aduerbia interrogatiua locorũ? Sex. vbi. vnde. quo qua. quorſum. & quouſq;.
Quid eſt interrogatio de vbi? Quando ſignificatur locus per hoc aduerbium. vbi.
Vbi quid ſignificat? in quo loco.
Quæ ſunt aduerbia: per quæ reſpondetur ad interrogationem factã per hoc aduerbium vbi? hic. illic. iſtic intus. foris. ibi. ibidem. ſicubi. necubi. alicubi. alibi. vſq̃. nuſq̃. vbiq;. vbicũq;. vbiuis. vbi vbi. inferius. & ſuperi⁹. ¶ Nuſq̃: in loco & ad locum ſignificat. vt in autoribus ſatis patet.
Ad interrogationem factam per hoc aduerbium vbi: per nomina propria locorum primæ: vel ſecundæ declinationis: & ſingulariter declinata reſpondetur per genitiuum. vt ſtudui Valentiæ. ſtudui Calataiubii

Ad interrogationem factam par hoc aduerbium vbi: per nomina propria locorum tertiæ declinatiõis: vel pluraliter declinata: reſpondetur per ablatiuum ſine præpoſitione. vt ſtudui Auinione. Fact⁹ ſum diues venetiis. habeo domicilium Maioricis.

Per omnia nomina quæ nõ ſunt propria locorum reſpondetur per ablatiuum cum præpoſitione. in. vel p accuſatiuum cũ. apud. vt viuo opulenter in hac vrbe: vel apud hanc vrbem.

Hic eſt notandum: per hæc quatuor nomina. rus. domus. militia. & humus. reſpondetur ſicut per nomina propria vel appellatiua: Sed frequentius per nomina propria. vt ceno domi. in domo. vel apud domum.

Hic eſt ſciendum: domus duos genitiuos habet. Vnũ ſecundæ declinationis domi. ¶ Alterum quartæ declinationis domus: qui hoc differunt ¶ Domi enim ſignificat locum vbi quis manet ¶ Domus autem ſignificat corpus ipſum: atq; edifitium: quod ex parietibus conſtat & tecto: vt domi maneo: & non domus. ſuperiora domus aſcendi: & non domi. præceptor domus venit: & non domi ¶ iſte genitiuus domi nõ iungitur niſi cum iſtis quinq; pronominibus poſſeſſiuis. meus. tuus. ſuus. noſter. & veſter. & alienus aliena alienũ. vt ego ſum domi meæ: tu es domi tuæ ¶ item domi veſtræ: domi noſtræ: domi alienæ: cum aliis adiectiuis ſemper ponitur in ablatiuo: non in genitiuo: non enim poſſumus dicere: ego ſum domi honeſtæ & domi pulchræ. ſed ſum honeſta in domo: pulchra in domo.

Nota optimã differentiam dom⁹ & domi

Quid eſt interrogatio de vnde? Quando ſignificatur locus per hoc aduerbium vnde.

Quid ẽ interrogatio de vnde

Vnde quid ſignificat? de quo loco. vt vnde venis ideſt de quo loco venis.

¶ Ad interrogationem factam per hoc aduerbium vnde per quæ aduerbia reſpõdetur? hinc. illinc. iſtic. intus. foris. alicunde. aliunde. ſicunde. necunde. vndecunq;. vndeuis. inferne & ſuperne.

Ad interrogationem factã per hoc aduerbium vnde: per nomina propria locorum reſpondetur per ablatiuum ſine præpoſitione: vt venio Valentia.

Per omnia nomina quæ nō ſunt propria locorum re=ſpondetur per ablatiuum cum-de- vt venio de vrbe: venio de templo.
Per iſta quatuor nomia-rus-domus-militia-& hum⁹ reſpondetur ſicut per nomia propria vel appellatiua. vt venio domo vel de domo.
Quid eſt interrogatio de quo? Quādo ſignificatur locus per hoc aduerbium-quo ¶ Quo quid ſignificat? Ad quem locum.
Ad interrogationem factam per hoc aduerbium quo per quæ aduerbia reſpondetur? huc.illuc.iſtuc.intro.foras.eo.eodem.ſiquo.nequo.aliquo.alio.quocunq;. & ſimilia.infra.& ſupra.
Ad interrogationem factam per hoc aduerbium quo per nomina propria locorum reſpondetur per accuſatiuum ſine præpoſitione. vt confero me Romam: eo Venetias.
Per omnia nomina quæ nō ſunt propria locorū reſpōdetur per accuſatiuum cum præpoſitione-ad- vt confero me ad templum.
Per iſta quatuor nomia-rus-domns-militia-&hum⁹ reſpondetur ſicut per nomia propria vel appellatiua: vt.recipio me domum vel ad domum.
Quid eſt interrogatio de qua? quādo ſignificatur loc⁹ per hoc aduerbium-qua ¶ Quid ſignificat qua? per quem locum.
Ad interrogationem factam per hoc aduerbium-qua per quæ aduerbia reſpōdetur? hac.illac.iſtac.ea.eadē ſiqua.nequa.aliqua.quacunq;.
Ad interrogationem factam per hoc aduerbium-qua per nomina propria locorum reſpondetur per abltm̄ ſine præpoſitione. vt Romam profecturus tranſii Valentia fœliciſſima vrbe.

¶ Per omnia nomina quæ nõ ſunt propria locorum
reſpõdetur per accuſatiuum cum præpoſitione/ per/
vt per Valentinam vrbem tranſibo.
Per iſta quatuor nomia/ rus/ domus/ militia/ & hum⁹
reſpõdetur ſicut per nomina propria vel appellatiua.
vt tranſibo domo vel per domum.

Quid eſt interrogatio de quorſum? quando ſignifica
tur locus per hoc aduerbium quorſum. ¶ Quorſum
quid ſignificat? verſus quem locum.

Quid eſt inter rogatio de quor ſum

Ad interrogationẽ factam p hoc aduerbiũ/ quorſum
per quæ aduerbia reſpõdetur? horſum/ iſtorſum/ eor
ſum/ illorſum/ dextrorſum/ ſiniſtrorſum/ leuorſum/
antrorſum/ retrorſum/ ſurſum/ ſurſum verſus/ deor=
ſum/ deorſum verſus/ vtroq; verſus/ quoq; verſus/ ali
orſum.
Ad interrogationem factã p hoc aduerbiũ quorſum/
per omnia nomina ſiue ſint propria locorum: ſiue ap
pellatiua: reſpondetur per accuſatiuum cum præpoſi
tione/ verſus/ & communiter præpoſitio poſtponitur
caſui ornatus cauſa. vt facio iter Romam verſus.

Quid eſt interrogatio de quouſq;? Quando ſignificat
locus per hoc aduerbium vſq; ad quem. ¶ Quouſq;
quid ſignificat? vſq; ad quem locum: vel vſq; ad quod
tempus.

Quid eſt inter rogatio de quo uſq;

Ad interrogationem factam p hoc aduerbiũ quouſq;
per que aduerbia reſpõdetur? hucvſq;/ iſtucvſq;/ illuc
vſq;/ eovſq;/ hactenus.
Ad interrogationem factam p hoc aduerbiũ quouſq;
per nomia ꝓpria locoꝝ reſpondetur p actm̃ cum præ
poſitione vſq;. vt ꝓficiſcor Valentiam vſq;.
Per omnia nomina quæ nõ ſunt propria locoꝝ reſpõ
detur per actm̃ cum iſtis præpoſitionibus/ ad/ & vſq;/
vt cõfero me ad templum vſq;. pergo ad ſcholam vſq;

vel cum iſtis præpoſitionibꝰ/in/& vſqꝫ/vt cōfero me in ciciliam vſqꝫ.& caſus (vt plurimum) clauditur inter vtranqꝫ præpoſitionem.

Hic eſt notādum : nomina propria locorū per omnes interrogationes aduerbialiter ponuntur.

Per iſta quatuor nomina rus/domus/militia &humꝰ reſpōdetur ſicut per nomina propria vel appellatiua : ſed vſitatius & ornatius/ ſicut per nomina propria.vt dictum eſt.

Animaduertendum eſt:qño aliquid ponitur ad determinandū diuerſos caſus eiuſdem interrogationis:debet poni in eo caſu pet quem frequentius & generaliꝰ ad talem interrogationem ſolet reſpōderi. Exemplū/yo eſtudihi en Valencia/e en Malorca bones Ciutats biffariam poteſt componi ¶ Studui Valentiæ & Maioricis bonis ciuitatibꝰ ¶ Quoniā ad interrogationē factā per hoc aduerbiū vbi/frequētiꝰ atqꝫ generaliꝰ ſolet reſpōderi per abltm̄ q̄ per gtim. Vel poteſt cōponi p quis vel qui/& p hoc verbū/ſum/es/fui/hoc pacto. ¶ Studui valētiæ & maioricis: que ſunt bonæ ciuitates.& ornatiꝰ quantū mea fert opinio ¶ Quando autem ponit aliquid ad determinandū diuerſos caſus diuerſarum interrogationum:tunc ad vtrūqꝫ caſum illarum interrogationum diſtincte poteſt referri.ſed meliꝰ (vt dixi)per quis vel qui relatiuū/& Sum/es/fui/ Exemplū:yo vinch de Valētia/e vaig a Roma magnifiques ciutats.biffariam poteſt cōponi:vt dixi. ¶ Venio Valētia magnifica ciuitate: & pergo Romam magnificam ciuitatem. ¶ Sed luculentiꝰ (vt paulo ante dixi)editur:Venio Valentia : & proficiſcor Romam quæ ſunt magnificæ ciuitates ¶ Hæc de interrogationibus.

Sequitur de aduerbiis.

Quid ſit aduerbium: & multa alia breuitatis cauſa re Aduerbium
linquo: quæ apud donatum inuenies Ea dumtaxat di
cam quæ mihi vtiliora: & magis neceſſaria eſſe viden=
tur. ¶ Dicendũ igitur eſt de formatione: & cõſtructio
ne aduerbiorũ. Et primo de formatione ponũtur tres
regulæ: quarum prima eſt iſta.

Aduerbia quæ deriuãtur ab adiectiuis primæ & ſecũ=
dæ declinationis: terminantur in e. & formantur a da
tiuo ſingulari mutato o in e. vt claro/o in e/clare. op
timo/optime/pulchro/pulchre/iuſto/iuſte/ Excipit
bene: quod nõ ſeruat regulã. ¶ Aliquõ tamen/o/ter=
minatio dti accipitur aduerbialiter. vt vero/falſo/con
ſulto/poſtremo/ſedulo/merito/immerito/ſero/ſerio
optato/& ſimilia. ¶ Inuenitur etiã ſepenumero neu=
tra terminatio nti adiectiuorum primæ & ſecũdæ decli=
nationis aduerbialiter. vt multum/parum/primum/
paululum/tantum/& quantum/& multa alia.

¶ Inueniũtur multa termiata in/e vel in/er/vt dure
vel duriter. humane vel humaniter. firme vel firmiter
benigne vel benigniter. & multa alia terminata in. er.
inuenies in adiectiuis primæ & ſecundæ declinatiois
apud priſcos: quib⁹ nũc non eſt vtendũ docẽte Priſcia
no. vt ſeueriter/blãditer/ampliter/auariter/amiciter. Secunda regu la aduerbii
& reliqua. ¶ Secũda regula eſt. Aduerbiũ deſcendẽs
ab adiectiuis tertiæ declinatiois termiatis in/ans/vel
in/ens/deſinit in/ter/& format̃ a gtĩo ſingulari muta
ta/is/in/er/ſyllabam. vt ſapiẽs ſapiẽtis/ſapiẽter. pru=
dens prudẽtis/prudẽter. abũdans abũdantis/abũdan
ter. elegãs elegãtis/elegãter. ¶ Tertia regula eſt. Ad= Tertia regula aduerbii
uerbium terminatum in/ter/deſcẽdens ab adiectiuis
tertiæ declinationis terminatis aliter q̃ in/ans/vel in
/ens/formatur a datiuo ſingulari addita/ter. vt forti=
fortiter. vtili/vtiliter. ſuaui/ſuauiter. comi/comiter.

¶ Excipitur audacter, per ſyncopen: quod magis eſt in vſu q̃ audaciter, & difficilis, difficulter, & omnis, omnino, & non omniter.
Neutra terminatio nominatiui tertiæ declinationis, quando terminatur in e, aliquãdo ſumitur aduerbialiter. vt facile pro faciliter.
Hic eſt notandum neutra terminatio comparatiui crebro capitur aduerbialiter: vt facilius, ocyus, ſatius, & ita de aliis. De formatione aduerbiorum hæc hactenus.
¶ Hic de conſtructione aduerbiorum pauca ſunt dicenda: de qua ponuntur aliquæ regulæ. ¶ Prima regula eſt. Aduerbiũ quãtitatis regit poſt ſe gt̃m: vt ſunt multum, plurimum, parum, paululum, ſatis, tãtum, quãtum, plus, & minus. vt multum peccuniæ habeo: parum frumẽti habeo. ſatis laboris patior. & reliqua

Aduerbiũ quãtitatis

Hic eſt notandum: quando regunt genitiuum ſingularem exponũtur ſingulariter. vt multum peccuniæ habeo: ideſt multam peccuniam. ſatis laudis conſecutus ſum: ideſt ſufficientem laudem ¶ Quãdo regunt genitiuum pluralem: exponũtur pluraliter: vt multum peccuniarum habeo. i. multas peccunias. Et ita de aliis.
¶ Tantum & quantum & aliquantulũ poſitiuo iunguntur: & aliq̃no verbo. vt tantũ ſum doctus quantũ ſum facetus. ego ſum aliquãtulum doctus. tu es multum vrbanus. Cum verbo: tantum te amo quantum oculos meos.

Tantum
Quantũ
Aliquantulum

Animaduertendum eſt: plus & minus quando ordinantur cum dictionibus ſignificantibus pondus: vel menſuram regunt genitiuum: vt habeo plus frumenti q̃ vini. Hec doctrina non minus fructus habet q̃ floris.

Plus
Minus

¶ Quando ordinantur cum dictionibus ſignificantibus qualitatem: ſeruant conſtructionem cõparatiui. vt plus diligo deum q̃ me. minus amo aurũ q̃ virtutem

Quando ordinantur cum dictionibus ſignificantibus
numerum:componitur thema per hæc aduerbia plu
res vel pautiores-pro ſubſtantiui exigentia. vt habeo
plures libros q̃ tu:habeo pautiores creditores q̃ tu.
In qua re exercitatio eſt adhibenda.
Hæc aduerbia tanto & quanto & eo pro tanto & quo
pro quanto mutuo ſibi correſpōdent poſtulantq; ſin-
gulos comparatiuos:neq; cum poſitiuis congrue or-
dinantur: vt quanto quiſq; eſt maior-tanto debet eſſe
humãior.eo debes eſſe liberalior:quo es locupletior.
¶ Aliquanto quoq; cum cōparatiuo iungitur:vt ego
ſum aliquanto doctior q̃ tu.
Tanto & quanto & aliquanto cum ante & poſt conci Tanto
ne ponuntur. vt tanto ante te veni-quanto me ocyus Quanto
moui:doleo ꝙ aliquāto poſt te veni. ¶ Quanto ante Aliquanto
me veniſti ?cum interrogatione lepide perſonat.
Animaduertendum eſt: iſte dictiones ante- & poſt-& Ante
aliter; luculenter cum multo & paulo iunguntur:vt Poſt
multo āte te veni.paulo poſt te iui: multo aliter res ſe Aliter
habet:paulo ſecus euenit ¶ Dicimꝰ quoq; longe ſecꝰ
eſt:longe aliter eſt. ¶ Iſtud aduerbium obuiam-vult Obuiam
datiuum:vt eo tibi obuiam.i.in occurſum.
Hæc duo aduerbia-en & ecce-poſtulant nominatiuũ En
vel accuſatiuũ:neq; inter ſe differunt.vt en præceptor Ecce
ecce dominus:ecce dominum ¶ Quando regunt no
minatiuum-ſubauditur aſſum ades-pro ſuppoſiti exi
gentia ¶ Quando regunt accuſatiuũ:ſubanditur im
peratiuus iſtius verbi cerno cernis: pro ſuppoſiti exi-
gentia:quod recte intuenti relinquitur. .O.
Nota hæc duo aduerbia vocandi-o-& eus-regunt vo Eus
catiuum.vt o petre:eus homo. Hic
¶ Nota:hic-ſignificat locum proximum dicēti. Iſtic Iſtic
proximum audienti. illic locum remotum ab vtroq; Illic

¶ Animaduertendum eſt de iſtis duobus aduerbiis
Pridie & Poſtridie: quæ pulcherrima ſunt: & annota=
Pridie tu digniſſima ¶ Pridie idem ſignificat: ꝙ heri: non ta
men præſentis diei quo quiſpiam loquitur: ſed alicuiꝰ
alteriꝰ diei aut præteriti aut futuri. Exemplum præte
riti: ſic: Hun dia ans que lo Sereniſſim Rey entras en
Valentia anaren a recebir lo los cauallers Componi
tur: Pridie q̃ Sereniſſimus Rex vrbem Valentiam in=
traret: aurati milites profecti ſunt ei obuiam. i. die præ
cedenti diem: quo Sereniſſimus Rex vrbem Valentiã
intrauit. Exemplũ futuri: ſic: hun dia ans que partixcã
demanem licẽtia al noſtre meſtre. componitur. pridie
q̃ iter ingrediamur: petamus a præceptore comeatũ.
ideſt die præcedenti diem: quo nos iter ingrediemur.
Poſtridie Et dicitur pridie quaſi primo: vel priori die. ¶ Poſtri
die idem ſignificat ꝙ cras: non tamen præſentis diei:
quo quis loquitur: ſed alicuius alterius diei aut præte
riti aut futuri. Exemplum præteriti: ſic: hun dia apres
que mori mon pare rebi letres plenes de triſticia. com
ponitur: poſtridie q̃ pater meus mortem obiit: accæpi
litteras mæroris plenas. Exẽplum futuri: ſic: hun dia
apres que ſere caſat yot auiſare per letres mies: cõpo=
nitur. poſtridie q̃ vxorem duxero te litteris meis cer=
tiorem faciã. ¶ Et dicitur poſtridie quaſi poſtero: vel
poſteriori die. non. n. ſignificat (vt aliqui exiſtimant)
poſt tres dies: credẽtes eſſe compoſitum ex iſtis dictio
nibꝰ, poſt, & tres, & dies, quod a veritate multum ab
horret. Et vtrunq; tam de præterito q̃ de futuro dicit:
quam rem exempla ſatis aperte declarant. Et volunt
poſt ſe genitiuum: vel q̃ dictionem. vt pridie eius diei:
poſtridie eius diei ¶ Aliquando tamen nec q̃ habent
nec genitiuum expræſſe: ſed intelligitur genitiuꝰ vel
q̃, vt Terentius. Venit ad me Chremes poſtridie cla=

mitās. ideſt poſtridie eius diei quo hæc geſta ſunt: vel poſtridie q̃ hæc geſta ſunt. ¶ Item: cum domum tuã prexiſſem: vt te cõuenirem: audiui: te pridie diſceſſiſſe: ideſt pridie eius diei quo ad te veni: vel pridie q̃ ad te veni. ¶ Pridie aliquãdo conſtruitur cum accuſatiuo vt pridie calendas: pridie nonas.

¶ Animaduertẽdum eſt: quando volumus loqui de diebus iam præteritis ante proximum diem: ideſt hũc diem: quo quis loquitur: vtendum eſt iſtis aduerbiis: heri, nudiuſtertius, nudiuſquartus. neq; procedimus amplius. non n. ſunt in vſu: nudiuſquintus, nudiuſſextus. ¶ Dicitur nudiuſtertius quaſi nunc de die tertio Et nudiuſquartus quaſi nunc de die quarto. ¶ Itaq; dicendum eſt ornate: heri veni: nudiuſtertius veni: nudiuſquartus veni. — Heri / Nudiuſtertius / Nudiuſquart⁹

¶ Cur non dicimus nudiuſſecundus: quemmadmodum nudiuſtertius: & nudiuſquartus? Quia pro nudiuſſecundus habemus heri: vel quia non eſt in communi grammaticorum vſu.

¶ Quãdo volumus loqui de diebus hunc diem: quo quis loquitur, ſequentibus: iſtis duobus aduerbiis eſt vtendum: Cras. Perendie. vt cras faciam. perendie faciam. — Cras

¶ Perendie ſignificat de die ſequenti craſtinum diem quod aliqui dicunt poſt cras: & non ſatis latine. — Perendie

¶ Dictumq; eſt perendie: quaſi perempto vno die.

¶ Aduerbium comparatiui & ſuperlatiui ſeruat conſtructionem comparatiui: & ſuperlatiui. Terentius. Quid eſt: quod tibi mea ars efficere hoc poſſit ampli⁹. hoc ideſt hac re. hoc mihi omnium maxime eſt neceſſarium.

Aduerbia comparatiui & ſuperlatiui: quæ a præpoſitionibus veniunt: vltra conſtructionem comparatiui & ſuperlatiui accuſatiuum regunt. Cicero Caſtra propius vrbem mouentur. Saluſtius. Proxime hiſpaniam mauri ſunt. Hoc etiam ſuperius tetigimus. Hæc de aduerbiis.

¶ Sequitur de coniunctione

De cõiunctione

Hic de coniunctione pauca perſtringam. de qua ponuntur quædã regulæ per breues ¶ Prima regula. ¶ Cõiũctio copulatiua ſemel poſita vult tam verbum q̃ adiectiuum plurale. vt Ariſtoteles & Plato fuerunt maximi viri ¶ Secũda regula eſt ¶ Cõiunctio reſpectu eiuſdem dictionis regentis coniungit ſimiles caſus: vt audio diligenter Virgilium & Terentium. ¶ Tertia regula eſt ¶ Coniunctio reſpectu eiuſdem ſuppoſiti habet cõiungere ſimilia verba. i. ambo perſonalia: vel impersonalia: eiuſdem modi: & numeri. vt acerrime diſputo. & me imperitiores vinco. ¶ Quarta regula eſt ¶ Coniunctio diſiunctiua cõiungens duo ſingularia: poſtulat tam verbum q̃ adiectiuum ſingulare. vt Rex vel gubernator dire puniuit malefactores.
Quinta regula eſt ¶ Quãdo coniunctio diſiunctiua coniungit vnũ ſingulare & alterum plurale tam verbum q̃ adiectiuum debet eſſe tale qualis eſt caſus coniunctionem ſequens. vt præceptor vel eius diſcipuli accute diſputant.
Hic eſt notandũ: Coniunctio tã copulatiua q̃ diſiũctiua trifariam poteſt coniungere diſſimiles caſus ¶ Primo quando ordinatur cum dictione quæ poteſt regere diuerſos caſus: vt ſum plenus gratia & veritatis.
¶ Secundo quando ordinatur cum dictione poſſeſſiua: vt hec domus eſt mea & fratris mei ¶ Tertio qñ

ordinatur cum interrogatione ad quam cōtingit per diuerſos caſus reſpondere. vt nauaui operam litteris ❡ Quid intereſt inter cōiunctionem copulatiuam & diſiunctiuam? Coniunctio copulatiua cōiungit tam verba: q̄ ſenſus: vt p̄ceptor legit & docet. vtrunq; eſſe ſignificat. ❡ Coniuctio diſiunctiua coniungit verba diſiungit tamen ſecūdum ſui naturam ſenſus: vt dies eſt: vel nox: alteram rem eſſe: alteram non eſſe ſignificat. Et ob hoc dicitur coniunctio & diſiunctio ❡ Cōiunctio quidem: quia coniungit verba. ❡ Diſiunctio vero: quia diſiūgit ſenſus. Quare nulla eſt repugnātia Alia enim ratiōe dicitur coniunctio: Alia diſiunctio. ❡ Multæ aliæ ſpeties ſunt coniunctionis: quas breuitatis cauſa relinquo. eas enim pueri apud donatum ab ineūte etate p̄legunt: atq; diſcunt. Hæc de cōiunctiōe

Quid intereſt inter cōiunctionē copulatiuā & diſiunctiuā

❡ Sequitur de præpoſitione.

Hic dicenda ſunt pauca de præpoſitione: vt ſuperius pollicitus fui: de qua breuiter eſt diſcurrendum: quoniam apud donatum iam pueri didicerunt: & etiam ſuperiꝰ illa quæ ſunt magis neceſſaria diximꝰ. ❡ Ad tam in compoſitione q̄ in appoſitiōe quid ſignificat? Aliquando proximitatem: vt aſſideo. vnde Saluſtius. Aſſedit adherbalem. i. iuxta adherbalem. Curtiꝰ. Erat ad ripam fluminis ingens arbor. i. iuxta ripā fluminis. Cicero. Quum eſſem in caſtris ad fluuium pyramum ideſt iuxta fluuium ❡ Quandoq; ſimilitudinem. Terentius. At nihil ad noſtram hanc. i. nihil ad comparationem huius noſtræ ❡ Quandoq; etiam ſignificat cauſam: vt ad quid veniſti? i. cur? ſiue qua cauſa veniſti? Cis. quam ſignificationem habet? ❡ Aliquando localem. vt pugnatum fuit atrociter cis alpes galliæ.

De præpoſitione

Cis
Citra

¶ Aliquando temporalem: vt non poſſum cis diffi-
nitum temp⁹ redire. ¶ Citra fere idem ſignificat:niſi
ꝙ cis/plerunq; propriis nominib⁹ fluuiorum vel mō-
tium præponitur:vt cis tyberim:cis alpes ¶ Citra ve
ro reliquis:vt citra forum.

Aduerſus
Aduerſum
Trans

Aduerſus & aduerſum quid ſignificant?erga vel con
tra. ¶ Inueniuntur aduerſus & aduerſum eiuſdem ſi
gnificationis. ¶ Trans quid ſignificat?vltrā.vt pro-
fecturus ſum trans mare:ideſt vltra mare.

Apud

Apud quam ſignificationem habet? localem.vt Te-
rentius.apud forum e Dauo audiui. ¶ Iungitur etiā
perſonis:vt apud te cenabo. ¶ Ante quid ſignificat?

ante

¶ Aliquādo locum: vt ante domum tuam eſt quidā
amenus hortus. ¶ Aliquādo temp⁹: vt pudica vidua
ante annū nō debet nubere. ¶ Circa quid ſignificat?

Circa

iuxta.vt domus mea eſt circa forum.i.iuxta. ¶ In cō
poſitione inuenit̃ poſtpoſita.vt quocirca:circumcirca

Circiter

¶ Circiter quoq; pro iuxta accipitur:ſed tempus tan
tum ſignificat.vt circiter Calendas ianuarias.i.iuxta.

Iuxta

¶ Iuxta quid ſignificat? prope. vt iuxta fluuium.
¶ Per ſe vero poſitum:ideſt ſine accuſatiuo:aduerbi-
um eſt:& ſignificat æqualiter.vt Saluſti⁹.Horum ego
vitam:mortemq; iuxta exiſtimo.ideſt æqualiter.

Contra

¶ Contra quid ſignificat? Aduerſum. vt pugno con
tra hoſtes. ¶ Per ſe vero poſitum:aduerbium eſt:& ſi
gnificat ex oppoſito vel ecōtra.

Secundum

¶ Secundum quid ſignificat? ¶ Aliquando ſignifi-
cat quandam autoritatem.vt ſecūdum Platonem lo-
quor.ſecundum Ariſtotelem loquor:ideſt iuxta ſen-
tētiam Platonis:& Ariſtotelis.hec ſignificatio eſt no-
tiſſima. ¶ Aliquando ſignificat iuxta. Seruius Sulpi
ti⁹:in ea epiſtola quarti libri. Etſi ſcio & duo vulnera

accæpiſſe:vnum in ſtomacho:alterum in capite ſecundum aurem: ideſt iuxta aurem. Et hoc ea ratione fit: quia quod ſecundum a primo eſt:iuxta eſt. ¶ Aliqño ſignificat/poſt/vt ſecundum deum me amo:ideſt poſt deum. ¶ Aliquando ſignificat/pro/ vt ſecundum te litem do: ideſt pro te. ſecundum me iudica: ideſt pro me. ¶ Interdum ſignificat/in/vt ſecundum quietem viſus ſum mori.ideſt in quiete hoc eſt interdormiendũ

¶ Secus/quando eſt præpoſitio ſignificat iuxta:& regit accuſatiuum.vt ſecus viam.i.iuxta viã. ¶ Aliqño eſt aduerbium:vt longe ſecus/multo ſecus:i.aliter. Secus

¶ Supra quid ſignificat? vltra. vt ſupra annum.ideſt vltra annum. Et ſuper. vt ſedeo ſupra lectum.i. ſuper lectum ¶ aliquãdo ſignificat additionem quandam. vt habeo tres argenteos ſupra viginti. ideſt tres & viginti.ſed hoc fere vltra ſignificat. Supra

¶ Præter quid ſignificat? ¶ aliquando vltra.vt præter rationem locutus es.i.vltra rationem. ¶ interdũ exceptionem vt præter te cunctos mortales diligo. ideſt excepto te. Præter

¶ Apud & Penes quomõ differunt? ¶ Apud & perſonam & locum ſignificat.vt dictum ẽ. ¶ Sed Penes proprie ſignificat perſonam/& dominium/ac poteſtatem. vt vita mea penes te eſt.ideſt in dominio/& poteſtate tua. ¶ itaq; /Penes/amplius dicit; ꝗ /Apud/ vt patet. apud Penes

¶ Super & Supra quomodo differunt? ¶ Super cõtiguum eſt.vt ſedeo ſuper lapidem/magis ꝗ ſupra lapidem. Supra/interiecto aliquo ſpatio eſt.vt aquila volat ſupra nos:potiꝰ ꝗ ſuper nos Aliquãdo tamen confuuduntur. Super Supra

Coram quid ſignificat

¶ Coram quid ſignificat? ¶ Aliq̃n̄o ſignificat palã: & in præſentia: & tunc habet accẽtum in vltima: eſtꝗ aduerbium: & magis ad perſonam accipitur: vt Virgilius. Coram quem quæritis aſſum ¶ Aliquãdo ſignificat ante vel in cõſpectu: & eſt præpoſitio regẽs ablatiuum: habetꝗ accẽtum in prima: vt coram iudice ſumus.

Sine
Abſꝗ

¶ Sine & abſꝗ eandem habẽt ſignificationem.

Tenus

¶ Tenus quid ſignificat? vſꝗ. & iũgitur ablatiuo: vt ſum mento tenus in aqua .i. vſꝗ ad mentum. ¶ Interdum iungitur gtõ more grecoꝝ: qui carentes abltõ: loco eius vtebantur gtõ: vt crurũ tenꝰ. & ſemper poſt ponitur.

Sub

¶ Sub quid ſignificat? ¶ Aliquãdo ad locũ Virgilius. Hærent parietibus ſcalæ: poſteſꝗ ſub ipſos ideſt ad ipſos. ¶ Aliquãdo ante: vt ſub lucem ſurrexi ideſt ante lucem ¶ Aliquando per: vt ſub noctem cura recurſat .i. per noctem. Et in his ſignificationibꝰ regit accuſatiuum. In alia ſignificatione: quę eſt nota aliquando regit accuſatiuum: aliquando ablatiuũ: vt ſuperius patuit.

Super
Subter

¶ Super & ſubter quas ſignificationes habent? contrarias. & modo accuſatiuo: modo ablatiuo iunguntur: vt ſuperius dictum eſt.

Clam

¶ Clam quid ſignificat? occulte. Quando iungitur ablatiuo præpoſitio eſt: vt nec clam te eſt. Et maiores natu tam accuſatiuo q̃ ablatiuo iungebãt: vt clam patrem: & clam patre. Quando non regit caſum aduerbium eſt.

Pro

¶ Pro quid ſignificat? Aliquando ad vt pro viribus laboraui .i. ad vires: vel ſecundum vires. ¶ Aliquando ante: vt pro templo pro curia .i. ante templum ante curiã. ¶ Aliquãdo ponitur pro in vt pro tribunali .i. in tribunali ¶ Ponitur etiam pro cauſa vt notiſſimum eſt. vt ꝑ amore tuo .i. cauſa amoris tui

Præ

¶ Præ quid ſignificat? Aliq̃n̄o ſignificat ad. vt ego illũ contempſi præ me .i. ad mei comparationem. ¶ Aliquãdo ſignificat

.p. vt præ amore pereo.i. pro amore vel cauſa amoris
¶ Aliquando ſignificat ante: Terentius i præ: ſequar
¶ Iſta præpoſitio-in- quot modis conſtruitur cum actio: decem modis. ¶ Primo: quando ponitur pro vſq;: vt qui odit animam ſuam in hoc mũdo: in vitam eternam cuſtodit eam.i. vſq; in vitam eternã. ¶ Secũdo quando ponitur pro iuxta. vt arguo in hũc modũ: ideſt iuxta hunc modum: vel ſecundum hũc modum ¶ Tertio. quãdo ponitur pro ſupra: vt beat⁹ Tomas ſcripſit i Ariſtotelem.i. ſupra Ariſtotelem. ¶ Quarto quando ſignificat temporis diuturnitatem: vt vixi in longum tempus ¶ Quinto quando ſignificat infinitam durationem. vt deus regnabit ineternũ. ¶ Sexto quando ordinatur cum verbo: vel participio: quod ſignificat motum exteriorem. ¶ Septimo quando ponitur pro erga. ¶ Octauo quando ponitur pro cõtra ¶ Iſte tres vltimæ accæptiones ſunt in frequentiori vſu: de quibus ſuperius dixi. In

¶ Hic eſt notandum: ſiquãdo vna præpoſitio addat alteri per appoſitionẽ: vltima præpoſitio regit caſum expræſſum: & prima ſubintellectum: vt venio de poſt fœtantes.i. de loco poſt fœtantes.

Animaduertendum eſt: quãdo præpoſitio cõponitur cum verbo quod ſignificat motũ: poteſt regere caſum quem regebat ante compoſitionem: vt adeo præceptorem .i. eo ad præceptorẽ. ingredior templum. ideſt gradior in templum. deceſſi vita. ideſt de vita. ¶ Hæc de præpoſitione.

## Sequitur de interiectione.

Iſta interiectio-o-regit nominatiuum-actm̃-& vtm̃- O.
& ſecundum aliquos nonnunq̃ genitiuum. vt o miſer

homo o fortunatos homines.

Hei Ve — Hei & ve regũt datiuum: vt Virgilius. Hei mihi qualis erat ¶ Ve mihi miſero.

Heu — Heu ſecundum aliquos poteſt conſtrui cum omnib⁹ caſibus. vt Virgilius. heu ſtirpem inuiſam.

Proch Hem — Proch & hem: iunguntur accuſatiuo: vt proch deum atq; hominum fidem.

Interiectio quæ ſignificat lætitiam, dolorem vel admirationem: poteſt conſtrui cũ vocatiuo Exemplũ lætitiæ: euge ſerue bone & fidelis. Exemplũ doloris: heu fili mi. Exemplum admirationis: ha. ha. domine deus puer ſum: neſcio loqui. ¶ Et quia de cõſtructione Interiectionum alii aliter ſentiunt: approbatiori autorũ vſui parendum eſſe cenſeo.

Sequitur de figuris.

Figura quot modis dicitur? — Figura multifariam dicitur: ſed grammaticus accipit figuram pro quadam improprietate quæ in grammatica committitur. Et diffinitur ſic ¶ Figura eſt improprietas cum ratiõe excuſata. neceſſitatis: breuitatis: ornatuſue gratia permiſſa. ¶ Triplex eſt figura. ſ. dictionis: locutionis: & cõſtructionis.

Figura dictiõis — ¶ Figura dictiõis eſt quæ fit in dictiõe. audiit pro audiuit. vt paulo poſt dicetur

Figura locutionis — ¶ Figura locutionis eſt: quæ peccat contra modum loquẽdi. vt hiſce oculis vidi: ſuperuacaneum. n. eſt dicere oculis: quũ aliter videri non poſſit q̃ oculis.

Figura conſtructionis — ¶ Figura cõſtructionis eſt quæ peccat cõtra modum cõſtruendi: de qua principaliter hic decreui tractare: & tãtum ea quæ ſunt vtiliora: & magis pueris neceſſaria. ¶ Quid eſt barbariſmus? ¶ Barbariſm⁹ eſt pars orationis vitioſa: quæ vel ſcribendo: vel loquendo vitium cõtrahit: vt ſi dicas domina media ꝓducta: quũ

Barbariſm⁹

ſit breuis. ¶ Quid eſt Soloeciſmus? eſt vitium in con textu partium orationis cõtra regulam artis gramma ticæ factum. vt ſi dicas inter nobis: pro inter nos: mu lier pudicus. & huiuſmodi. ¶ Sed quia elaborandum eſt: vt feditas barbariſmi & ſoloeciſmi abſit: quanq̃ ali quando excuſantur hæc vitia. vel cõſuetudine: vel au toritate: vel vetuſtate: operepræium eſſe duxi: de eorꝝ ſpetiebus impræſentiarꝝ non tractare: longiſſimus. n. eſſet proceſſus: & non valde pueris neceſſari⁹. Placuit tamen dicere quid ſit Barbariſm⁹: & Soloeciſmus: ne adoleſcentes ignorent quid per vtrunq; illorꝝ ſignifi cetur. Et ſi ampliorem notitiam habere voluerint: ple gant Alexandrum & alios autores: a quib⁹ de hac ma teria vberrime tractatur. ¶ Dicendum eſt igitur (his relictis) de figura conſtructionis: & primo de Appoſi tione

Sequitur de Appoſitione.

¶ Appoſitio eſt duorꝝ ſubſtãtiuorꝝ ad idem ptinentiũ immediata vnio magis cõmuni præcedente: & min⁹ cõmuni ſubſequẽte. Fitq; in eodem caſu: in eodem nu mero. ſed in eodem genere vel diuerſo: vt animal ho mo venit. ¶ Poteſt etiam fieri in diuerſis numeris: vt Miratur molem eneas magalia quõdam. ¶ Nõnunq̃ fit appoſitio reſpectu duorꝝ adiectiuorꝝ: ſed tunc com muniter ſubſtantiue capiuntur. vt coloratum album video. ¶ Quæ improprietas eſt in hac figura? ꝙ duo ſubſtantiua cõiunguntur ſine aliquo vniente. ¶ Quæ eſt poſſibilitas in hac figura? Identitas illorꝝ ſubſtan tiuorꝝ: quia ſunt idem: non indigent aliquo vniente. Appoſitio

¶ Quæ eſt neceſſitas in hac figura? expræſſio mentis concæptus: res enim eo modo ſermone exprimitur quo intelligitur. Intelligimus autem magis commu ne immediate determinatum per minus commune & propterea oportet ſic voce explicare. Vel poteſt dici:

ꝙ neceſſitas eſt breuitas loquendi: aut ornatus dicendi: aut gratia generalitatis vel equiuocationis remouendæ. generalitatis: vt dictum eſt. equiuocationis remouendæ: vt canis ſidus fulget. ¶ Hic eſt notandum ſi in oratione in qua eſt appoſitio venerit quodpiã adiectiuum vel relatiuum: concordat cum magis communi. vt animal hõ eſt rationale quod video. Ciuitas Athenæ (quæ olim ſtudio floruit) fuit præclariſſima.

## Sequitur de Euocatione.

Euocatio

Euocatio eſt diuerſarum perſonarum ad idem pertinentium immediata vnio gratia diſcretionis habẽdæ. Et prima perſona euocat tertiam tantũ: & non ecõtra vt ego pauper pereo. ego præceptor latias litteras docere conor: ego ipſe feci. Et ſecũda euocat tertiam tantum: & non econuerſo. vt tu diues pauperũ debes miſeri: & tu ipſe feciſti. tu præceptor indoctus barbaras litteras doces. Et redditur verbum perſonæ quæ euocat. ¶ Poteſt quoq; fieri in numero plurali: vt nos viri bonis moribus ſtudemus. vos mulieres delitiis ſtudetis ¶ Quæ eſt improprietas in hac figura? ꝙ tertia perſona reddit ſuppoſitum verbo primæ vel ſecundæ perſonæ: quod fieri nequaq̃ deberet. vt ego ipſe feci: tu ipſe fateris. ¶ Quæ eſt poſſibilitas? identitas illarum perſonarũ inter ſe. quo fit vt poſſint eidem verbo reddere ſuppoſitum ¶ Quæ eſt neceſſitas in hac figura? expreſſio mentis conceptus: quia eodem modo quo intelliguntur: oportet vt exprimãtur. vel vt diximus: breuitas loquendi: aut ornatus dicendi. ¶ Eſt tamen ſciendum: illa tertia perſona in euocatione habet offitium primæ perſonæ.

¶ Hic eſt notandum: quando in oratione: in qua fit

euocatio-ſequitur relatiuũ quis vel qui-ad nomẽ ſub ſtantiuũ:vel ꝓnomen tertiæ pſonæ copulatũ a verbo primæ vel ſecũdæ pſonæ:ſi referatur relatiuũ ad pſo-nam euocãtem-cõcordat cum ea.vt ego ſum ille-qui lego.ego ſum panis viuus-qui de celo deſcendi. tu es deus-qui facis mirabilia.& huiuſmodi.qm̃ tũc ſermo dirigitur ad pſonã euocãtem.vt patet. & tale relatiuũ euocat ¶ Si vero fiat relatio ad caſum copulatũ con cordat cũ eo:qm̃ ad caſum copulatũ dirigitur ſermo: & tũc tale relatiuũ non euocat.vt ego ſum homo-qui loquitur.tu es-qui optime laborat.tu es id-quod op-timum eſt.

Sequitur de concæptione

Concæptio pſonarum eſt diuerſaꝝ pſonaꝝ aſſociatio mediante cõiunctione copulatiua reſpectu verbi nu-meri pluralis ſimilis in pſona pſonæ cõcipienti.& pri ma pſona cõcipit ſecundã tantum. vt ego & tu diſpu-tamus.& tertiam tãtum . vt ego & præceptor diligen ter ſtudemus. & vtrãq; ſimul-vt ego-& tu-& alii con diſcipuli noſtri nullũ tempus labore vacuum remitti mus. & ſecunda perſona concipit tertiam tantum. vt tu & frater litteris magnopere incumbitis. Et non fit econuerſo.

Concæptio perſonarum

Cõcæptio pſonaꝝ eſt duplex.ſ.explicita & implicita. ¶ Explicita eſt-qñō illæ pſonæ diuerſæ expræſſe po-nũtur.vt patet· ¶ Implicita eſt-qñō illæ pſonæ diuer ſæ ſubintelligũtur.vt eamus cenatum:ſubintelligunt .n pſonæ-ego-&tu-&-ille-& reliqua.vt patet intuen ti. ¶ Etiã ſecundũ aliquos concæptio pſonaꝝ eſt du-plex.ſ.directa & indirecta. ¶ Directa ẽ quæ fit per cõ iunctionẽ copulatiuam.vt docuimus ¶ Indirecta eſt qñō fit ꝑ iſtam præpoſitionem-cũ- vt ego cum petro gaudeamus. ſed tunc cum-ponitur ꝓ &-& abltiꝰ pro ntio-& eſt figurata locutio. eſt.n.figura antiptoſis.de qua dicet paulo poſt. ¶ Quæ eſt improprietas in hac

Explicita
Implicita

Directa
Indirecta

figura? quia ſecunda vel tertia pſona aut vtraq; ſimul
reddit ſuppoſitum primæ pſonæ: aut tertia pſona ver
bo ſecūde: vt exēplis ſupiorib⁹ patet ¶ Poſſibilitas eſt
quia illæ diſſimiles pſonæ cōiungunt ad eiuſdem ver
bi pticipationē. ¶ Quapropter poſſibile eſt: ꝙ eis idē
verbū attribuatur. ¶ Neceſſitas eſt. qm̄ eo modo quo
intelliguntur ꝙ ad pticipandum actū eiuſdem verbi
vniuntur: ſic voce exprimūtur: qm̄ res eo modo expri
mitur quo mente pcipitur ¶ Vel neceſſitas eſt: breui
tas loquēdi: aut ornatus dicendi. Hæc de concæptio-
ne perſonarum.

Sequitur de concæptione generum.

Concæptio generum

Concæptio generum eſt diuerſoꝝ generū aſſociatio-
mediāte coniūctiōe copulatiua reſpectu adiectiui nu
meri pluralis ſimilis i genere generi concipiēti. & ma
ſculinū gen⁹ concipit femininum tantū; & neutrū: &
vtrunq; ſimul. vt petrus & eius vxor ſunt caſti. dn̄s &
mancipium ſunt boni. vir & vxor, atq; mancipiū ſunt
admodum honeſti. leges, & plebiſcita ſunt coactæ. vt
dixit Lucan⁹ ¶ Neutrum vero neq; maſculinum cō-
cipit, neq; femininum: vt communior tenet opinio:
Nō autem deſunt, qui dicant: neutrum concipit tam
maſculinum, q̄ femininum, vt gladius & lorica ſunt
arma dura. Sed vt dixi raro vſu venit.
Hic eſt notandum. Aliquando concæptio generis fit
reſpectu duorum adiectiuorum vterq;, & neuter, nu
meri ſingularis. Terentius. apud Antiphonem vterq;
pater & mater quaſi dedita opera domi erant.

Explicita
Implicita

Concæptio generum eſt duplex. ſ. explicita & impli-
cita. ¶ Explicita eſt. quādo illa diuerſa genera in ora
tione expræſſe ponuntur. ¶ Implicita eſt; quādo illa
diuerſa genera in oratione no expræſſe ponuntur: ſed
ſubintelligunntur. vt iſti cōiuges ſunt honeſti: marito
& vxore demōſtratis. ¶ Quæ eſt improprietas in hac

figura: quia ſubſtantiuum & adiectiuum non conue-
niunt in genere in quo conuenire deberēt ¶ Quæ eſt
poſſibilitas in hac figura: quia illa diſſimilia genere
vniuntur ad participandū eandem proprietatem: qua
re poſſibile eſt idem adiectiuū eis attribui. ¶ Neceſſi
tas eſt expræſſio mētis concæptꝰ: aut breuitas loquen
di: aut ornatus dicendi. Hæc de concæptione generꝫ.

Sequitur de zeumate. zeuma

¶ Zeuma eſt vnius ad diuerſas clauſulas diſtincta &
ordinata redditio. vt vincit pudor libidinem: audatia
timorem.

Triplex eſt zeuma. ſ. a ſuperiori, a medio, & inferiori.

¶ Zeuma a ſuperiori eſt quando id quod ponitur in A ſuperiori
principio iterum reſumitur per intellectum. vt colūt
chriſtiani deum: nō iudei. ¶ Zeuma a medio eſt qn̄o A medio
id quod ponitur in medio iterum reſumitur per intel
lectum: vt ama me, vt ego te. ¶ Zeuma ab inferiori Ab inferiori
eſt: quando id quod ponitur in fine iterum reſumitur
per intellectū: vt huic, nō tibi dico. Aliis verbis idem
dicitur ¶ zeuma a priori, a medio, & a poſteriori.

Hic eſt notandum: in oratiōe in qua eſt zeuma: verbū,
vel adiectiuum redditur viciniori. vt ego illum de ſuo
regno: ille me de noſtra re publica percontatꝰ eſt. hic
duo ſuppoſita ſunt. ſ. ego & ille. quorꝫ vtriq; verbum
redditur: ſed ſequenti palam, præcedenti per ſubintel
lectionem. vt notum hoc intelligitur: niſi per compa
rationem, aut ſimilitudinem impediatur: nam tunc
præcedenti verbum redditur palam: ſequēti vero per
ſubintellectionem Per comparationem ſic: meliꝰ ego
iſtud q̄ vos feciſſem. nō. n. recte diceretur q̄ vos feciſſe
tis. Per ſimilitudinem ſic: hoc ille ita prudēter, vt ego
feciſſet. non autem recte diceretur: vt ego feciſſem.

¶ Simili modo intelligendum eſt de adiectiuo: vt nō
vir ſed vxor eius eſt optima.

Hanc regulam diligenter memoriæ commenda.
¶ Quæ eſt improprietas in hac figura? Diſconueniẽtia ſuppoſiti: & appoſiti:& aliq̃n̄o vtriuſq;. ¶ Quæ ẽ poſſibilitas ĩ hac figura? Quia illud verbũ:vel adiectiuum poteſt alteri illoꝝ expraſſe:alteri vero ſubintellecte attribui. ¶ Quæ eſt neceſſitas in hac figura? expræſſio mentis cõcæpt⁹:aut breuitas loquẽdi:aut ornat⁹ dicẽdi:ſicut in aliis figuris. Hæc de zeumate.

Sequitur de Sinechdoche

Sinechdoche: Sinechdoche eſt: q̃n̄o ꝓprietas ptis attribuit̃ toti: vel ꝓprietas toti⁹ attribuit̃ parti. Exẽplũ primi: ſum alb⁹ dẽtes. Exemplũ ſecũdi: puella eſt nobilis gen⁹. ¶ Eſt notandũ:illud a quo remouet̃ ꝓprietas-põitur in accuſatiuo-vel in ablt̃io:ſed frequẽtius in act̃io: vt tu es alb⁹ dentes. celer pedes. ſapiẽs animã. & exponitur talis oratio p hoc pticipiũ habẽs. i. habens albos dẽtes. habẽs celeres pedes. habẽs ſapientẽ animã. De ablt̃io ſic-virgo eſt vultu decora. i. habens vultum decorum

Sinechdoche conſtructiõis: ¶ Duplex ẽ Sinechdoche. ſ. cõſtructiõis & locutiõis Sinechdoche cõſtructiõis ẽ; q̃n̄o peccat̃ cõtra modũ cõſtruendi. & fit q̃n̄o adiectiuũ regit act̃m:qui non poteſt ꝓprie regi niſi a verbo trãſitiuo-vel eius pticipio. Fitq; ſinechdoche cõſtructiõis vt plurimũ-aut ratiõe nominis adiectiui-aut verbi quod ſignificat paſſiõem vel eius participii. vt ſum albus faciem. doleo caput.
¶ Eſt tamen ſciendũ:adiectiuũ cum eo cui⁹ eſt ꝓprietas-ornate ponitur in ablt̃io ex vi proprietatis: vel in gt̃io:ſed ornatius in ablt̃io. vt ſum forti animo. ſum leui ingenio. ſum magna eloquẽtia:vel magnæ eloquẽtiæ:& tunc nulla eſt figura

Sinechdoche locutionis: ¶ Sinechdoche locutionis eſt q̃n̄o peccatur cõtra modũ loquendi: fitq; trib⁹ modis. ¶ Primo q̃n̄o pars ponitur ꝓ toto. vt decem animæ vigilarunt in mœnibus. ideſt decem homines.

¶ Secundo qñ totũ ponit̃ ꝓ parte. vt bibi fontem. i. ptem fontis ¶ Tertio qñ ꝓprietas partis attribuitur toti: vel ꝓprietas toti⁹ parti: vt dictum eſt. ¶ Animad uerte: hec figura in oratione ſoluta vix vnq̃ admittit̃. eſt n. magis carminis cõmoditate ac neceſſitate adin= uenta. q̃ orõnis ſolutæ. ¶ Quæ ẽ improprietas in hac figura? quia acti⁹ regitur a dictiõe a qua non deberet regi. ¶ Quæ eſt poſſibilitas in hac figura? quia illa ꝓprietas poteſt attribui toti: licet ſit partis: vt patuit. ¶ Quæ eſt neceſſitas in hac figura? expræſſio mentis concæptus vel carminis commoditas: aut neceſſitas. Hæc de Sinechdoche.

Sequitur de Prolepſi.

Prolepſis eſt præocupatio totius: quod poſtea in ſuas partes diuiditur: vt animaliũ quædam ſunt mortalia: quædã immortalia ¶ Prolepſis latine præſumptio in terp̃tatur: de qua quidem Prolepſi ponũtur tres regulæ ¶ Prima eſt qñ verbũ attribuitur toti & partib⁹: totũ & partes ponũtur in eodem caſu. vt homines opportuni ſunt: alii: ad pacem: alii vero ad bellum ¶ Secunda regula eſt: qñ verbũ attribuit̃ partib⁹ & nõ toti: tũc partes ponũtur in caſu: quem dictio regens poſtulat: vt in primo exemplo patet. ¶ Item alio exemplo oſtenditur gentis Romanæ pars fuit fortis: pars ſapiens ¶ Tertia regula eſt: qñ verbũ neq; attribuitur toti: neq; partib⁹: & tunc totum & partes in obliquis ponũtur caſibus: vt aquilarũ altera volãte ab oriente altera ab occidente: admodum terrentur aues. ¶ Duplex eſt prolepſis: Explicita & Implicita. ¶ Prolepſis explicita eſt: qñ totum primo accæptum: & partes in quas diuidit̃ exprimũtur: vt exẽplis ſupiorib⁹ liquet. ¶ Prolepſis implicita eſt: in qua tacẽtur aliqua: vt homines inuident: alter alteri. tacetur. n. hec pars homines inuident: vnus vni. Et in ſacro codice doctor gentium inquit; Alter alterius onera portate. tacet̃. n hec

Prolepſis

Prolepſis explicita

Prolepſis implicita

pars vnus portet onera vnius. ¶ Quæ eſt improprie-
tas in hac figura? per ſe patet. ¶ Quæ eſt poſſibilitas
in hac figura? quia poteſt illa proprietas toti & parti-
bus tribui. ¶ Quæ ē neceſſitas ī hac figura? expræſſio
mentis concæptus: aut breuitas loquēdi: aut ornatus
dicendi. Hæc de prolepſi.

Sequitur de Lepore

Lepos

¶ Lepos eſt ſermo fact⁹ de ſingulari perſona per ver-
bū numeri pluralis: honoris/ ornat⁹/ vel humilitatis
cauſa. ¶ Duplex eſt lepos. ſ. locutiōis & cōſtructiōis.

Lepos locutionis

¶ Lepos locutionis eſt qño fit ſermo de ſingulari per
ſona in numero plurali: nulla facta ad cōgrue loquen
dum requiſitorꝝ diſcōuenientia. vt ſi alloquens vnam
pſonam dicā: venietis domū meam. hic eſt contra mo
dum loquēdi: non cōtra modū cōſtruendi error. vt pa
tet.

Lepos cō ſtructiōis

¶ Lepos cōſtructionis eſt: qño eſt cōtra modum
cōſtruendi error: vt hic: nos Rex volumus & manda-
mus: diſcōueniūt. n. hæc duo verba volum⁹/ & māda
mus cū hoc ntīo Rex. excuſatur tamen per hanc figu
ram: quæ vocatur lepos. ¶ Hic diligenter eſt animad
uertendū ꝙ in prima pſona loquētes modo ſingulari
modo plurali numero vtimur: cuius rei cauſa eſt. Dæ
cet. n. homīes de ſeipſis modeſte humiliterqꝫ loqui. vi
demur. n. modeſti⁹ loqui: ſi ea (quæ nos ſoli egimus)
plurali numero exprimamus: quaſi non ſoli/ ſed aliis
adiutoribus ea factitauerim⁹. ¶ Solent. n. cōmuniter
magni & præſtantes viri de ſeipſis loquentes/ plurali
ter loqui. vt nos Rex hiſpaniæ volum⁹ & mandamus
Alii vero vt plurimū de ſeipſis ſingulariter loquunť.
vt ego dicam/ ego faciā/ & reliqua. ¶ In ſecūda vero
perſona ad vnū dirigēs ſermonem/ doctus pluraliter
locutus eſt nemo: cuius rei ratio eſt. Cōuenit. n. homi
nes de aliis honorifice habere ſermonem: ne minuant
dignitatem alteri⁹: ſi eis in rebus geſtis alium quaſi ſo
cium adiungant. vt ſi Ceſarem alloquētes diceret. vos

Pompeyum ſupaſtis.maior.n.eſt gloria honorq; Cæ-
ſaris ſi dicatur:tu Pompeyum ſupaſti.quomodo om-
nipotentem deum alloquimur in numero ſingulari:
& non in numero plurali:vt late patet vbiq;.Si.n.ho-
noris cauſa ac reuerētiæ/magnos viros(vt Pōtificem
Imperatorem Regem/ & ſimiles)in plurali numero
affaremur:deum quoq; in numero plurali alloquere-
mur.non.n.maior reuerentia Pōtifici/Imperatori/ac
regi debetur/ꝗ̃ deo immortali. ſed quoniā vſus ſic ob
tinuit:quiſq; vtitur arbitrio ſuo.Sed verus linguæ la-
tinæ vſus eſt quem diximꝰ. ¶ Initium huiuſmodi lo-
quendi/modeſtia fuit atq; humilitas: ſed poſtea tantū
inualuit cōſuetudo:vt modo ſingularem/modo plu-
ralem numerum proferamꝰ.etiam vbi non eſt reſpec-
tus modeſtiæ & humilitatis.
Nota:qn̄o in oratione in qua eſt Lepos/venit nomen:
ponitur in numero ſingulari:vt vos eſtis optimꝰ. nos
Rex hiſpaniæ Sapientiſſimus volumus &cæ. ¶ Sed
qn̄o venit participiū præcipue p̄ntis temporis: poteſt
poni in numero ſingulari:vel in nūero plurali:ſed fre
quētius in nūero plurali.vt nos Rex hiſpaniæ iuſtiſſi-
mus ꝓuidētes & volētes mādamus & cæ. ¶ Hoc in-
tellige:qn̄o fit ſermo in prima ꝑſona humilitatis cau-
ſa:nam qn̄o fit ſermo ad ſecundā ꝑſonā honoris cau-
ſa :quod fieri nō debet: vt dixi :ſiue ſit nomen/ſiue ſit
participiū/ponitur in nūero ſingurali:vt ornate præ-
cæptor vobis docēte eruditus euaſi.i.te docēte. ¶ Et
relatiuū quoq;/qui/in lepore ponitur in numero plu
rali: euocatur.n.a ſecūda ꝑſona: vt nos Rex hiſpaniæ
qui cōmuni vtilitati ꝓuidere cupimꝰ:volumus & mā
damus &cæ. ¶ Quæ eſt improprietas in hac figura?
per ſe patet ¶ Quæ eſt poſſibilitas in hac figura?quia
in prima perſona modeſtiæ vel humilitatis cauſa:po-
teſt fieri ſermo ꝑ numerū pluralem vt diximus. ¶ In
ſecūda vero ꝑſona poteſt fieri ſermo ꝑ verbū numeri

pluralis:ob aliquas virtutes dignitates poteſtates plu res quæ in tali perſona reperiũtur ¶ Quæ eſt neceſſi tas in hac figura? Breuitas loquẽdi: vel cauſa honoris vel cauſa ornatus. Hæc de lepore.

Sequitur de Antiptoſi

Antiptoſis

Antiptoſis eſt: qño caſus ponitur pro caſu. vt Virgili⁹ Vrbem quã ſtatuo veſtra eſt. i. vrbs. Vel qño temp⁹ po nitur pro tempore. vt diuiſerunt veſtimenta mea. i. di uidẽt. Vel qño vna pars orõnis ponitur ꝑ alia: vt deo duce ꝑ ducente. Vel qño vna ſpeties partis ponit̃ pro alia ſpetie ptis. vt femina damnauit, quæ ſaluauit. hic .n. ponitur relatiuũ ſubſtantiæ idẽtitatis pro relatiuo ſubſtãtiæ diuerſitatis. femina .n. hic ponitur pro Eua: Relatiuum vero, quæ, pro glorioſa & intacta virgine Maria ¶ Quæ eſt improprietas i hac figura? quia vnũ ponitur ꝑ alio. ¶ Quæ eſt poſſibilitas in hac figura? aliqua cõueniẽtia dictionum ob quam ſic poteſt fieri. ¶ Quæ eſt neceſſitas in hac figura? expræſſio mentis concæptus. Hæc de Antiptoſi.

Sequitur de eclipſi

Eclipſis

Eclipſis eſt defectus alicui⁹ dictionis: quæ neceſſario debet poni ad habendam pfectam ſentẽtiam illi⁹ ora tionis. vt bonũ veſperũ: pax vos: &cæ. ¶ Quæ eſt im proprietas in hac figura? Defectus dictionis neceſſa riæ. ¶ Quæ eſt poſſibilitas in hac figuta? quia poſtq̃ ſubintelligitur: poteſt fieri vt nõ exprimatur. ¶ Quæ eſt neceſſitas in hac figura? breuitas loquẽdi: vel orna tus dicendi. Hæc de figuris cõſtructionis pſtrinxi: de quib⁹ multa alia poſſent dici: tamen hæc videtur ma gis neceſſaria quæ in communem ſermonem veniũt.

Sequitur de figura dictionis.

Figura dictio nis

Figura dictiois eſt quæ fit in dictiõe: quia licet multis modis fiat; tamen dicam pauca; quæ fere quotidiana

ſunt:& ad manus quidem.
Protheſis ē appoſitio quædam litteræ-vel ſyllabæ ad principia dictionis. vt gnatus pro natus. Protheſis
Epentheſis eſt appoſitio litteræ vel ſyllabæ ad mediū dictionis. vt induperator-pro imperator. Epentheſis
Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis vt dicier pro dici. Paragoge
Apheresis eſt ablatio litteræ vel ſyllabæ de principio dictionis: vt tempno pro contempno. mitte ꝓ dimitte Et eſt contraria protheſi. Apheresis
Syncope eſt ablatio litteræ vel ſyllabæ de media dictione: vt perii-ꝓ perivi. & eſt contraria Epentheſi. Syncope
Apocope eſt ablatio litteræ vel ſyllabæ a fine dictiōis vt Achili ꝓ Achilis. Et eſt contraria Paragoge. Apocope
Diheresis eſt vnius in duas ſyllabas facta diuiſio: vt aulai pro aulæ Diheresis
Parenteſis eſt interpoſita oratio alienæ ſententiæ. vt eneas (neq̨.n. patrius cōſiſtere mente-paſſus amor) rapidū ad naues præmittit Achatem. Hæc de figuris. Parenteſis
De figura locutionis-quia longus eſſet ꝓceſſus: nolui tractare. Si plura volueris ſcire de figuris: recurras ad autores: in quibus amplū de hac materia inuenies ſermonem: ego quæ magis neceſſaria: & vtiliora ſunt pueris: in hoc opuſculo collegi.

Sequitur de quibuſdam ſpetieb⁹ nominis
Et primo de nomine patronomico.

Quid eſt nomen patronomicum?
Nomen patronomicum eſt quod a nominibus ꝓpriis patrum deriuatur: & ſignificat cum gtio primitiui filios vel nepotes: vt Eacides-fili⁹ vel nepos Eaci. Hectorides-filius vel nepos Hectoris. Quid eſt nomē patronomicū
In quot terminatiōes deſinunt patronomica? In quatuor. aut in-es-aut in-as-aut in-is-aut in-ne.

Patronomica terminata in/es/vnde formātur? Q ño
primitiuum eſt primæ declinationis/formatur a gtio
ſingulari mutata e/in/a/& addita/des/.vt eneas/eneæ
e in/a/enea:addita des/eneades.maia/maiæ/maiades
ilia/iliæ/iliades.Anchiſes/Anchiſæ/Anchiſades.ſed
vſus obtinuit Anchiſiades.ſimili modo de aliis.Q ño
primitiuum eſt ſecundæ declinationis/& gtius termi
natur vnica/i/formatur patronomicum a gtio ſingu=
lari addita des/vt Priamus/priami/priamides.Eacus
eaci/eacides. ¶ Quando genitiuꝰ terminaẗ dupla/i/
formatur patronomicū mutata vltima/i/in a/& addi
ta des.vt virgilius virgilii/i/in a/virgilia/virgiliades.
mētius mentii mētiades ¶ Quādo genitiuꝰ terminaẗ
in/ei/formaẗ patronomicū mutata/ei/in/i/& addita
des.vt peleꝰ pelei/ei in i peli addita des pelides.the=
ſeus theſei theſides. ¶ Aliquando ꝓferūtur abuſiue.
vt tydeus tytides. ¶ Q ño primituum eſt tertie decli
nationis:formatur patronomicū adtio ſingulari addi
ta des:vt hector hectori hectorides. neſtorides.ante=
norides.ſcipionides. Licet poetæ aliqñ addāt a cauſa
metri.vt amphitryoniades.laertiades.deucaliades.ſci
piades.ꝓ amphitryōides.laertides. deucalides.ſcipio
nides. quoꝝ nti ſunt:amphitryō.laertes.deucaliō.ſci=
piō. ¶ Patronomica feminina quomō formantur? for
mātur a maſculinis remota de:vt priamides de/remo
ta/priamis.dardanides/de/remota dardanis. virgilia
des/de remota virgilias. Excipiẗ eneis quod deberet
eē eneas vt patet ¶ Notandū eſt:vſus patronomicoꝝ
raro eſt niſi apud poetas. ¶ Patronomica termiata in
ne/quomodo formātur? formātur a gtio ſingulari ſui
primitiui: addita ne:ſi terminatur vnica i.vt adaſtrus
adaſtri addita ne adaſtrine ¶ Si gtiꝰ terminaẗ in i du
plicata: formatur mutata vltima i in o & addita ne.
vt Acriſius acriſii: i/in o/acriſio:addita ne acriſione.
¶ Si gtiꝰ terminatur in ei/formatur:ei mutata in i &

addita ne. vt nereus nerei:ei in i fit neri:addita ne. fit nerine. ¶ Hic eſt notandum:abuſiue etiam aliquãdo patronomica deriuãtur a matribus:ab auis maternis: a regibus:a conditoribus:& a fratribus. vt iliades fili⁹ iliæ.ſ.Romulus.maiades filius maiæ.ſ.Mercuri⁹.ſimilimodo alia in poetis reperies.
Patronomica terminata in es.ſunt maſculini generis & primæ declinationis.
Patronomica terminata in .as.vel in is.ſunt feminini generis:& tertiæ declinationis.
Patronomica terminata in .ne.pauca reperiuntur:& ſunt feminini generis : & ſeruãt declinationẽ grecoꝝ in ne.terminatorum.
Hic eſt notandum : Patronomica feminina cum gtio ſui primitiui ſignificãt filiam vel neptem: ſicut maſculina filiũ vel nepotẽ:vt priamis filia vel neptis priami.
Patronomica aliquando ſumuntur loco patrioꝝ nominum.vt Romulidæ.i.Romani. Theſidæ.i.athenienſes.Eneidæ.i.troyani. ¶ Ponuntur aliquando patronomica pro poſſeſſiuis. vt eneis pro opere cõfecto de enea. ¶ Abuſiue aliquando formantur patronomica vt oſtenſum eſt. ¶ Quomodo differũt patronomicũ & poſſeſſiuũ:quũ vtrũqꝫ icludat gtm̃ ſui primitiui ? patronomicũ eſt ſubſtantiuũ:Poſſeſſiuũ vero adiectiuũ. Aliis quoqꝫ modis differũt:ſed hoc ſatis eſt impræſentiarum. Hæc de patronomicis.
Quid eſt nomen appellatiuũ ? quod pluribus cõuenit per vnam impoſitionem.
Quid eſt nomen proprium ? quod vni ſoli conuenit ꝑ vnam impoſitionem.
Quot ſunt ſpeties nominis proprii ? Quatuor .ſ.Nomen.Prænomen.Cognomen.Agnomen. (Spẽs nominis proprii)
Nomen eſt:quod cuiuſqꝫ proprium eſt.vt Paulus. (Nom en)
Prænomen eſt:quod alicui imponitur differẽtiæ cauſa.vt guillermus.Ioannes. (Prænomen)

Cognomen

Cognomen eſt: quod eſt totius cognatioīs commune vt Sentelles. Maces.

Agnomen

Agnomen eſt: quod ab aliquo euentu imponitur. vt valentinus Roman⁹. Et proprie quis agnomie appellatur. qn̄o eſt extra ſolū ſuum. ideſt patriam.

Nomen proprium quotmodis poteſt habere numerū pluralem? Duob⁹. Primo. impoſitiōe. quia impoſitū eſt in nūero plurali. vt Athenæ. arꝝ. Venetiæ. arum. ¶ Secundo. equiuocatiōe. i. diuerſis impoſitionibus. vt hic ſunt duo petri.

Hic eſt notādum. quædam ſunt nomia voce pluralia: & ſignificatiōe ſingularia vt athenæ. arꝝ. thebe. arꝝ. ¶ Quædam ſunt voce ſingularia. & ſignificatiōe pluralia. vt plebs. populus. vulgus.

Quare aliqua nomia ꝓpria locoꝝ ſunt impoſita in numero plurali: quū vnā rem tantum ſignificent: & iure ſuæ ſignificatiois careat nomen ꝓprium numero plurali? Aliqui conantur reſpondere hoc pacto: Dicunt enim ꝙ locus poteſt biffariam cōſiderari. Vno modo vt eſt vnum quid cōtinens: & ratione hui⁹ cōtinentiæ loc⁹ eſt quid vnū: & ſic poteſt imponi in nūero ſingulari. vt Valentia. Roma. ¶ Alio modo poteſt cōſiderari ratione contentoꝝ quæ ſunt plura: & ſic fuerunt multa nomina ꝓpria locoꝝ impoſita in numero plurali. Sed hoc arbitratu meo non ſatiſfacit: ſed dicendū eſſe videtur: ꝙ ſic placuit impoſitori: quū nomina propria ad placitum ſint impoſita.

Quæritur vtrum talia nomina propria locoꝝ poſſint conſtrui cum verbo vel adiectiuo numeri ſingularis: quū vnam rem tantum ſignificent: vt Venetiæ eſt pulchra? Dicendum eſt ꝙ non: quia ex modo ſuæ impoſitionis ſignificant pluraliter: vt inquit Priſtian⁹: quia voce ſunt pluralia: vt paulo ante dixim⁹. ¶ Eſt ergo dicendum: Venetiæ ſunt pulchræ: & non Venetia eſt pulchra. Et ſimilimodo de aliis.

Quid eſt nomen diminutiuum? quod diminutionem ſui primitiui demõſtrat: vt Regul⁹.i. paru⁹ Rex. Nomen dimi nutiuũ
Quot cauſis ꝓferuntur diminutiua? Quatuor Primo gratia ſignificatiōis. vt Regul⁹.i paru⁹ Rex. ¶ Secũdo gratia vrbanitatis vel humilitatis & vitandæ arrogantiæ. vt ingenioſolum meũ ¶ Tertio gratia adulationis. vt corculum meũ animulus meus ¶ Quarto gratia contemptus. vt homuntio. homululus.

Quæ ſunt nomina Sinonima? quæ nõ voce: ſed ſignificatione conueniũt: vt enſis gladius mucro. Nomina ſinonima

Sequitur de Relatiuo.

Antecedens eſt: quod relatiuum refert Antecedẽs
Relatiuum eſt: quod refert ſuum antecedens. i. quod ante latum eſt. i. prolatum. hoc ſuperius dictum fuit. ſed hic paulo prolixius eſt tractandum Relatiuum
Quotuplex eſt relatiuũ? Duplex. ſ. relatiuum ſubſtantiæ: & relatiuum accidentis ¶ Quid eſt relatiuũ ſubſtantiæ? quod refert idem numero cum ſuo antecedẽte ¶ Vel relatiuum ſubſtantiæ eſt cuius antecedens eſt ſubſtãtiuum ¶ Quotuplex eſt relatiuũ ſubſtãtiæ? Duplex. identitatis & diuerſitatis ¶ Quid eſt relatiuum ſubſtantiæ idẽnitatis quod refert idem cum ſuo antecedẽte & ſupponit ꝓ eodem numero. vt præceptor meus legit: quem colo ¶ Quotuplex eſt relatiuũ ſubſtantiæ? Triplex. implicatiuum cõiunctionis. Reciprocum & Priuilegiatum ¶ Quid ẽ relatiuum implicatiuum coniunctionis? quod implicat in ſe coniunctionem. vt ẽ hoc relatiuum qui quæ quod. includit. n. hãc coniunctionẽ et vt deus diligit me quem colo. tantum. n. ſignificat quantũ iſta: deus diligit me & ego eum colo. ¶ Relatiuum reciprocum ẽ: quod eandem rem agere & pati reſpectu eiuſdem dictionis regentis ſignificat. vt ẽ hoc ꝓnomen ſui vt vir fortis defendit ſe. Dictumq; ẽ reciprocum quia in ſeipſum reflectitur ¶ Proprie. n. reciprocum ſignificat repeti Quotuplex ẽ relatiuum RlMm ſubſtãtiæ RlMm ſubſtãtiæ identitatis Quotuplex eſt rlm ſubſtãtiæ RlMm reciprocũ Reciprocum qd ſignificat

tum & reflexũ ¶ Aliqñ confunditur: ſed raro: ſ. qñ non idem agit: & patitur. Terentius. tum autem hoc timet: ne deſeras ſe. Idem: orare iuſſit ſi ſeſe ames hera: vt ad ſeſe venias. vbi nõ ſeruat ratio reciproci: quia aliud agit: aliud patitur: vt notum eſt: ſed hoc fieri nõ debet. non. n. latine dicitur audio præceptorem: & credo ſibi: ſed dicẽdum eſt credo ei. ¶ Relatiuum priuilegiatum eſt: quod ab eodem verbo & ab eadem parte eodemq́ modo poteſt regi cum ſuo antecedente. vt eſt hoc relatiuum ambo: vt tu & ego diuinam rem audiemus quod nulli alii relatiuo conceſſum eſt.

Rlm̃ priuilegiatum.

Quot ſunt relatiua ſubſtantiæ idemtitatis communi grammaticorum vſu? Octo. ſ. qui/quæ/quod. ambo/ambæ ambo. ſui. ſuus ſua ſuũ. ille illa illud. ipſe ipſa ipm̃. lis ea id. idem eadem idem.

Quid eſt relatiuũ ſubſtantiæ diuerſitatis? quod refert idem cum ſuo antecedẽte: ſed ſupponit vel ſtat p alio vt video præceptorem: & alios homines.

Rlm̃ ſubſtãtiæ diuerſitatis

Quot ſunt relatiua ſubſtãtiæ diuerſitatis? quinq́ ſecũdum aliquos. ſ. alius alter reliquus reſidu⁹ reſidua reſiduum cæter cætera cæterum: cuius nũerus pluralis frequentius eſt in vſu q̃ numer⁹ ſingularis.

¶ Suus ſua ſuum/aliqui dicunt ꝙ eſt relatiuum ſubſtantiæ idemtitatis reciprocum poſſeſſiuũ ratione gti ſui primitiui: hoc eſt ſui/quod eſt reciprocum. ¶ Alii dicunt/ꝙ eſt relatiuum ſubſtantiæ diuerſitatis ratiõe ſubſtantiui cum quo conuenit: vt alia ſubſtãtiua cum ſuis ſubſtantiuis.

Su⁹. a. um.

Sequitur de relatiuo accidentis.

Relatiuum accidentis eſt cui⁹ antecedens ẽ adiectiuũ vt ego ſum ſtudioſus: qualis es tu. ¶ Vel ſic: relatiuũ accidentis eſt quod refert idem cum ſuo antecedente vt tu es benignus: qualis fuit pater tuus. ¶ Relatiuũ

Rlm̃ accidẽtis

accidētis ē duplex.ſ.identitatis & diuerſitatis ¶ Re
latiuum accidentis identitatis eſt: quod refert idem
accidens cum ſuo antecedēte: ſupponitq̧ pro eodem
ſpetie: nun numero. vt exempla iam dicta declarant.
de cuius ſpetiebus eſt dicendum ¶ Multa enim ſunt
relatiua accidentis ſecundum diuerſa genera acciden
tium: quæ per talia relatiua referūtur. ¶ Qualis eſt re Qualis
latiuum accidentis: cuius antecedentia ſunt adiectiua
quæ ſignificant qualitatem: vt ſunt bonꝰ. malus. iuſtꝰ.
iniuſtus. prudens. imprudens. doctus. indoctus. fortis
timidus. benignꝰ. & ſimilia. vt tu es benignus: qualis
fuit pater tuus ¶ Eiꝰ redditiuum eſt talis. vt qualis eſt
præceptor: tales vt plurimū diſcipulos fieri ē neceſſe.
¶ Qualis qn̄o tenetur interrogatiue: adiectiua quoq̧
qualitatem ſignificantia ſibi reſpondent. vt qualis eſt
præceptor tuus? reſpondetur optimus. doctus. iuſtꝰ
benignꝰ & per ſimilia ¶ E ſi per eius aduerbiū: quod
eſt qualiter: fiat interrogatio: per aduerbia quoq̧ qua
litatatem ſignificantia eſt reſpondendum. vt qualiter
ſtudes? reſpondetur: diligenter mediocriter & per ſi-
milia ¶ Quantus eſt relatiuum accidentis: cuiꝰ ante- Quantus
cedentia ſunt adiectiua quantitatem cōtinuam ſigni-
ficantia. vt ſunt magnus paruus longus breuis latus
profundus & per ſimilia. vt ego ſum magnus: quantꝰ
es tu ¶ Poteſt etiam dici ego ſum magnus vt tu. Vel
ego ſum magnus: & tantus es tu. ¶ Item ꝑ tam & q̄
dicimꝰ: ego ſum tam magnus quantꝰ es tu ¶ Tantꝰ
& quātus (quorum vtrunq̧ eſt relatiuum) mutuo ſibi
correſpondent cū ſuis aduerbiis. ſ. tantum & quantū.
vt quantus es tu: tantus ſum ego. econtra. tantus ſum
ego: quantus es tu. de eorum aduerbiis: quantum fru
menti ego habeo: tantum vini habes tu. ¶ Item tan-
tum auri habeo ego: quantum argenti habes tu.
¶ Quando quantus ponitur interrogatiue: reſpon-
detur quoq̧ per aduerbia ſignificantia quantitatem

cōtínuā.vt quantum eſt hoc lignum? reſpondendum eſt:magnum:bipalmare:trípalmare:& huiuſmodi.

¶ Poteſt etiam reſponderi per gtm̄ cum nomine numerali adiunctum, quod illam quantitatem determinet. vt quantum ē hoc lignum? poteſt reſponderi latine per gtm̄ vtriuſq; numeri:vt quātum eſt hoc lignū? vnius palmi,duorꝝ palmorꝝ,vni⁹ cubiti,duorꝝ cubitorꝝ.& ſic deinceps ¶ Hoc quoq; aduerbium quantū poteſt teneri interrogatiue: & tunc etiam reſpōdetur per aduerbia quantitatem ſignificantia. vt quantū frumenti habes?reſpondet:multū,paruum: ¶ Ei⁹ reditiuū eſt tant⁹ & quātus vt patet. ¶ Quot eſt relatiuū: cui⁹ antecedētia ſunt nomina numeralia, quātitatem diſcretam abſolute ſignificantia .i.ſine reſpectu ad ordinem.vt ego habeo decē aureos:quot habes tu. Vel ſic,habeo decem aureos vt tu ¶ Cui⁹ reditiuū eſt tot vt quot libros habeo ego,tot habes tu. & mutuo ſibi correſpōdent:vt quot homīes ego vidi,tot tu vidiſti: & tot homines tu vidiſti,quot ego vidi. Vel ſic:tot homines tu vidiſti,vt ego. ¶ Quot poteſt teneri interrogatiue:& tunc quoq; reſpondent ſibi nomina numeralia.vt quot homines vidiſti? Decem ¶ Quæ ſunt nomina numeralia: notum eſt.vt vnus, duo, & ſic deinceps ¶ Quotus eſt relatiuum accidentis cuius antecedentia ſunt adiectiua ſignificantia ordinem.vt ſunt hæc:primus,ſecundus tertius,quart⁹,& ſic deinceps vt ſum primus in ciuitate mea quotus es in tua. & ſignificat de quanto numero in illo ordine ¶ Quotus poteſt poni interrogatiue: & tunc quoq; ſibi correſpōdent adiectiua ordinem ſignificantia.vt quotus ſedebas in menſa? Reſpondetur:primus,ſecundus,&cæ: ¶ Quotennis eſt relatiuum accidentis cuius antecedentia ſunt nomīa cōpoſita ab hoc nomīe ann⁹,anni, vt ſunt bienis,triennis,quadriēnis,quinquēnis, decēnis,vt ego ſum decēnis:quotēnis es tu.& ſic deinceps.

Quātum

Quot

Quotus

Quotēnis

¶ Poteſt etiam eſſe antecedens gtius huius nominis annus iunct⁹ cum nomine numerali. vt ego ſum vni⁹ anni: quotennis es tu. ego ſum decem annoꝝ: quotennis es tu ¶ Eius reditiuum totennis apud doctos (vt aiunt) nõ inuenitur ¶ Poteſt teneri quotennis interrogatiue: & tũc quoq respondet ſimilimodo vt dictũ eſt. vt quotennis es? decennis: vel decem annoꝝ. Dicemus tamen latie & eleganter ſic: ego nat⁹ ſum decem annos quot tu: vel vt tu. Relictis totẽnis & quotnis: que vt dixi: apud doctos vix inueniuntur. licet priſtianus huius nominis quotennis meminerit ¶ Et interrogatiue: quot annos nat⁹ es? Decem: & ſimile. Poſſumus etiam dicere quot annoꝝ es? decem. ſed primum eſt ornatius. ¶ Quotenn⁹ eſt relatiuũ accidentis diuerſitatis: cuius antecedentia ſunt adiectiua in numeros pares diſtributa. vt ſunt ſinguli. bini. terni. & ſic deinceps. vt imus bini: quotẽni vos itis. Item fratres eũt bini: quotenni eunt boues ad iugum: & ſignificãt vſq ad quem numerum. ¶ Poteſt teneri interrogatiue: vt quotenni eunt boues? reſpõdetur bini. ¶ Sunt qui dicant quotennus non eſſe latinũ: ſed Cicero vſus eſt ad Atticũ dicẽs In ripa neſcio quotennoꝝ iugerum. Totennis Quotẽnus

¶ Cui⁹. a. um. eſt relatiuũ poſſeſſiuũ: cui⁹ antecedentia ſũt nomĩa vel ꝑnomĩa poſſeſſiua: vel nomĩa ꝓpria gti caſus. vt hic enſis eſt me⁹: cuiũ ẽ hoc telũ. ¶ Item hæ. oues ſunt petri: cuiũ peculiũ eſt grãde ¶ Aliqñ ponitur interrogatiue. Terẽtius. Cedo cuium puerũ hic appoſuiſti: dic mihi. & non declinat̃ ſecundũ vſum niſi p ntm̃ & actm̃ ſingulares. vt cuius. a. um. actio cuſum cuiã cuiũ. habet abltio cuia: ꝓferturq accentu acuto: vt differat a ſuo primitiuo, cuius. Cui⁹. a. um.

Quotuplus relatiuum eſt: cuius antecedentia ſunt adiectiua quãtitatem diſcretã põderis vel mẽſuræ ſignificantia. vt duplus, triplus, & deinceps. vt ager meus reddit triticum centuplum, quotuplũ volo. ¶ Item Quotupl⁹

centuplo maior eſt ager meus q̄ Socratis: quotuplus nō eſt tuus. ¶ Quotuplex relatiuum eſt: cuius antecedentia ſunt adiectiua diuiſionem vel multiplicationē formeſignificātia: vt ſunt duplex triplex. vt ego habeo triplicem veſtem .i. trium generꝝ: quotuplicem tu non habes ¶ Aliq̄n̄o talia adiectiua improprie tamen ponūtur cum dictionib⁹ carentib⁹ nūero plurali: vt habeo triplex oleū. triplex fum⁹ domum noſtrā egredit .i. tres fumi: ſi ita dici poteſt: & tria olea: ſi ita dici pōt.

Quotuplex

¶ Cuias relatiuum eſt gentile vel patriū: cui⁹ antecedentia ſunt nomīa gentis vel patriæ vt ſum italus. ſum hiſpanus. ſum valentinus. Plaut⁹ videtur magis retuliſſe ad nomen gentis q̄ ad nomen patriæ. ¶ Aliq̄n̄o ponitur relatiue: & reſpōdetur eomodo quo dictū eſt. vt cuias es? hiſpanus. valentinus. & huiuſmodi ¶ Ob hoc volūt aliqui: quū fiat interrogatio p̄ cuias: reſpondeatur biffariam. vt ſi dixeris cuias es? Reſpondeatur quæris de patria vel de gente? Si quæris de patria: ſum Romanus. ſum valentin⁹. Si de gente: ſum hiſpanus. ſum Nauarrēſis. ſum Caſtellan⁹. ¶ Quid: ſi quis te roget: quo nomine appellaris? Reſpōdebis: quæris de nomine vel prænomine vel cognomine vel agnomine? Non equidem ſic reſpōdebis: Sed dices: vocor petrus: vocor martinus. Fugies igitur: pace eoꝝ dicā: hanc inſulſam barbariē: & cauebis prudens adoleſcēs hunc ineptiſſimū dicendi modum ſequi: Sed ex ſentēcia dices. ſum ital⁹: ſum hiſpanus. ſum valentin⁹. ſum Nauarrēſis. Sed magis p̄ nomen gentile ex Plauti ſententia: vt dixi: reſpōdebis ¶ Cuias accētu accuto profertur. Ratio eſt quia hic & hec cuiatis & hoc cuiate ſolebat declinari: nūc p̄ ſyncopen fit cuias & retinet accentum in ea ſyllaba in qua retinebat priuſq̄ eſſet ſyncopata. ¶ Eſt enim regula: dictio ſyncopata retinet accentum in ea ſyllaba in qua retinebat q̄n̄o non erat ſyncopata.

Cuias

Alius alia aliud quot modis ponitur? Trib⁹. Primo relatiue: vt video petrum & alios homines ¶ Secũdo diſcretiue: vt ſum ali⁹ a te. i. q̃ tu ¶ Tertio diuiſiue: vt hominum alii quieſcunt: alii laborant. Ali⁹. a. aliud

Alter & alius quomodo differũt? ¶ Alter dicitur de duobus. ¶ Alius de pluribus. ſicut vter & eius compoſitum neuter. Alter Alius

Sequitur de relatiuo ſubſtãtiæ diuerſitatis.

Relatiuũ ſubſtantiæ diuerſitatis eſt: quod refert idem accidens & ſupponit pro alio, vel diuerſo. vt tu es albus: & alteriuſmodi eſt martinus. Relatiuum ſubſtantiæ diuerſitatis

Animaduertendum eſt: illa regula cõmunis grammaticorum, in qua dicitur: relatiuum & antecedens habent conuenire in trib⁹: in nũero: in genere & in pſona. intelligit de relatiuo ſubſtantiæ identitatis: & de ſuo antecedente: nam alia relatiua. hoc eſt relatiua ſubſtãtiæ diuerſitatis, & relatiua accidentis habent conuenire cum ſuo ſubſtãtiuo: & nõ cum antecedente. Exemplũ de relatiuo ſubſtãtiæ diuerſitatis. vt ego video petrũ & alios homines. Exemplum de relatiuo accidentis: vt meæ oues ſunt albæ: qualia animalia tu vides. Item præceptor eſt doctus. & tales habet diſcipulos. & ita de aliis. ¶ Hic eſt notandum: q̃ñ tria fuerint antecedens, & cõſequẽs: eorum medium nomen relatiuum ſi cõſequens fuerit nomen proprium: relatiuum concordat cum cõſequenti. vt eſt locus in carcere quod tullianum appellatur ¶ Item ſemini tuo, qui eſt chriſtus ¶ Item eſt pia ſtirps, quem chriſtũ credimus eſſe ¶ Si vero tam antecedẽs q̃ cõſequens fuerit nomen appellatiuũ: tam antecedẽti q̃ cõſequenti poterit conuenire. vt Cicero. Studio ſapientiæ quæ philoſophia appellatur. hic tam antecedẽs q̃ conſequens eſt appellatiuum. ſ. ſapientia quæ eſt antecedens: philoſophia quæ eſt cõſequens. ¶ Nonnunq̃ etiam relatiuum videtur

diſcordare cum antecedente voce: ſed non re & intel-
lectu, hoc eſt qño præcedunt pronomina poſſeſſiua.
Terentius. Omnes laudare fortunas meas: qui gnatũ
tali ingenio præditum haberem. fit. n. relatio ad gtm̃
incluſum in tali poſſeſſiuo meas: reſoluitur. n. in gtm̃
ſui primitiui. meas. i. mei. quem gtm̃ tale relatiuũ, qui
refert quantũ ad intellectum & rem. Hæc de relatiuis
de quibus multa poſſent dici: ſed breuitatis cauſa ſu-
perſedeo.

Hic ſunt notandæ duæ regulæ quaꝝ prima eſt ¶ Ad
iectiuum poſitum inter duo ſubſtantiua diuerſoꝝ ge-
nerum cũ verbo copulatiuo concordat cum ſequenti
ſubſtãtiuo. vt roſa eſt optimus flos. leo eſt truculẽtiſſi
ma fera. ¶ Excipitur ꝑticipiũ verbi copulatiui: quod
poteſt cõcordare cum vtroq;. vt aqua eſt facta vinum:
vel aqua eſt factum vinum. ¶ Secunda regula eſt: ver
bum copulatiuũ ordinatũ cum duobus nominatiuis
diuerſoꝝ numeroꝝ, cõcordat cum vitiniori. i. propin
quiori. Terentiꝰ. Amantium iræ amoris reintegratio
eſt.

Sequitur de pronomine.

Quot ſunt pronomina quæ per ntĩos componuntur?
Iſte Tria. iſte. hic. & is. ¶ iſte & hic ſecum componuntur.
Hic vt iſtic. quod per eos caſus declinatur qui incipiũt per
Is c, abſq; dtĩo. vt iſtic, iſtec, iſtoc. actõ iſtunc, iſtãc, iſtoc
abltõ iſtoc. iſtac iſtoc. & pluraliter ntĩo iſtec actĩo iſtec.
¶ is componitur cum aduerbio demum. vt idem, ea
dem, idem. & in actĩo mutatur, m, in n, tam in maſcu
lino q̃ in feminino: euphoniæ cauſa. vt eundem, ean-
Idem dem. quod etiam fit in aliquibus cõpoſitis. vt quendã
quãdam. quorundã ¶ idem per duas, i, vel per e & i,
ſcribitur in ntĩo plurali generis maſculini. & in dtĩo &
abltĩo pluralibꝰ. vt iidem vel eidẽ. iiſdem vel eiiſdem
q̃uis vnum, i, nõ ꝓferatur. poteſt etiã ſcribi p vnum, i,

¶ Eius tamen ſimplex ·i· ſis ea id (quod habet totidem
terminationes in caſibus ſupradictis) ſemper per du-
plicatum ·i· ſcribitur: ne putetur eſſe ſecunda perſona
imperatiui iſtius verbi. eo. is. in ntio. & ſecunda pſona
pñtis indicatiui ·in dtio & abltio. in qb⁹ vnū ·i· quoqꝫ
non profertur. Sicut in hoc nomine dii & diis ·vbi du
plicatur ·i· ne putetur eē præpoſitio inſeparabilis ·di·
in ntio & vtio. & præpoſitio ·dis· in dtio & ablatiuo.
& tacetur vnum ·i·. ¶ Idem maſculinum & neutrum
quomodo differūt? ·i· in maſculino producitur: in neu
tro corripitur. caue: gemines ·d· in neutro: vt quidam
faciunt: vt differat a maſculino ·idem· error eſt. vtrūqꝫ
enim per ſimplex ·d· ſcribitur. Syllabicæ adie
Quot ſunt ſyllabicæ adiectioēs. i. ſyllabarum additio ctiones
nes: quæ in pronominib⁹ reperiūtur? Quatuor. met. Met
te. pte. ce. ¶ met quibus pnominibus additur? Sex.
ſ. ego. tu. ſui. ille. ipſe. iſte. per omnes caſus Excepto
ntio iſtius pronominis ·tu· cui nō additur met: ne ver
bum eſſe putetur: eſt. n. tumet tertia pſona iſtius verbi
tumeo tumes. Additur autē ·te· vel teme ·vt tute vel
tutemet ¶ Dicūt aliqui: ꝙ gtis pluralib⁹ iſtoꝝ duoꝝ
pnominum ego ·& tu· non additur ·met: ego vero ad
di poſſe arbitror: non enim video cauſam · quare non
poſſimus dicere noſtrimet veſtrimet: ſicut dicimus tui
met ſuimet: niſi ad euphoniam velis cōfugere: quæ ta
men ſatis ſeruari videtur.
Aduertas: loco ·met· multo ornati⁹ ponitur hoc pro
nomen ·ipſe· vt ego ipſe feci: nos ipſi fecim⁹: tu ipſe fe
ciſti: vos ipſi feciſtis. & eodem modo in aliis.
¶ pte quibus adiungitur? quinqꝫ abltis ſingularibus Pte
femininis poſſeſſiuoꝝ: vt meapte. tuapte. ſuapte. nr̄apte.
veſtrapte. ¶ met. te. pte. cur adduntur ſupradictis pro
nominibus? Diſcretionis cauſa: vt egomet feci. i. ego
& non alius. tute dixiſti. i. tu ipſe per te & non p alium
¶ Tete. meme. ſeſe. per actios & abltios compoſita eē tete · meme ·
ſeſe

oſtenduntur:ſi accentum ſeruant in penultima ¶ Si tamen hoc fiat per geminationem/ſunt due dictiões: quarum quælibet habet ſuum accentum. Sed priſtia/no magis videnť eſſe compoſita ¶ Ce quibus prono minibus adiungiť ? Hic hec hoc. apud vetuſtos p omnes caſus: apud iuniores vero per eos caſus tantum q in. s. deſinunt. vt huiuſce hiſce hoſce ¶ Antiqui tamē hiſce pro hi ntio plurali proferebant. Terenti⁹. Hiſce hoc munere arbitranť ſuā thaidem eſſe ¶ Iſtis quoq pronominibus / ille/ iſte/ apud antiquos addebatur in aliquibus caſibus: vt illiuſce/ iſtiuſce. ¶ Sciendum eſt: Ecum componitur ex aduerbio ecce & pronomīe is ea id. & declinatur per actm̄ vtriuſq numeri in ge/nere maſculino ac feminino. vt ecum/ ecam/ ecos ecas Ellum quoq ex/ ecce/ & pnomine ille/ componitur: & eodem modo declinatur. vt ellum ellā/ ellos ellas & ſubauditur: vide aſpice vel cerne. Mecum/ tecum/ ſecum/ nobiſcum/ vobiſcum/ pronomina ſunt/ ſi priſ/tiano credimus / quibus poſponitur præpoſitio per anaſtrophæ euphoniæ cauſa. quemmadmodum huic nomini quis vel qui poſponim⁹/ cū/ ſoni cauſa. vt qui cum quibuſcū. Donatus tamen aduerbia perſonalia eſſe dicit. ¶ Pronomina cum quot partibus oratioīs cōponuntur ? Cum tribus. ſ. cū nomine. vt illiuſmodi iſtiuſmodi huiuſmodi. & tūc nomina ſunt. Et cum ad aduerbio. vt ecū ecam/ ellum ellam. Et cum præpoſi tione: vt vult donatus. vt mecū tecum ſecum nobiſcū vobiſcum. licet Priſtianus non concedat: vt diximus. ¶ Ecum ecam/ ellum ellā/ iſtic iſtec iſtoc/ quæ pars ? Secūdum Priſtianum pnomina: nam pronomen qño cōponitur cū nomine eſt nomen: vt illiuſmodi & cæ. Sed quando cum alia parte oratioīs componitur do/cente Priſtiano eſt pnomen Tamen ſecundum doctri nam donati: poti⁹ ſunt nomina: q̄ pronomia. dicit. n. nullum pronomen componitur/ ad hoc ꝙ pronomē

remaneat: præter ·ſis· quod componſtur idem

¶ Bernardi Villan..ua Nauarrenſis ad Iacobum Stephanum litteratiſſimu[m] virum: rudimẽtoꝝ grammatices ad honorem & gl[o]riam optimi maximiq[ue] dei: & ſuæ genitricis intactæ & intemeratæ virginis Mariæ · finis. Eſtq[ue] impræſſum hoc op[us] Valentiæ optima arte ac diligentia per ſolertẽ virum Nicolaum Spindeler Alamanĩ Anno ſalutis chriſtianæ. M°. D° pridie Nonas februarias.

INSTITUT D'ESTUDIS CATALANS BIBLIOTECA

80

R. 37794

BIBLIOTECA DE CATALUNYA
1001902339

INSTITUT
D'ESTUDIS CATALANS
BIBLIOTECA DE CATALUNYA
Núm. 37794
Armari 11-VI
Prestatge n° 12